DE

DEMADE

ORATORE ATHENIENSI.

SCRIPSIT

DR. H. LHARDY.

BEROLINI,

SUMPTIBUS LIBRARIAE NAUCKIANAE.

MDCCCXXXIIII.

DE

DEMADE

ORATORE ATHENIENSI.


SCRIPSIT

DR. H. LHARDY.

BEROLINI,

SUMPTIBUS LIBRARIAE NAUCKIANAE.

MDCCCXXXIIII.



LUDOVICO LHARDY

ET

IOANNI HENRICO LHARDY

PATRI ET PATRUO DILECTISSIMIS

HUNC LIBRUM

PRIMITIAS STUDIORUM SUORUM

PIO ANIMO

OBTULIT

AUCTOR.

Meditanti mihi identidem, quaenam fuerint causae, cur Philippus, rex regionis vixdum cognitae, intra paucos annos tantam consequi potentiam, tantumque Atheniensibus iniicere potuerit terrorem, ut inter eos qui centum fere et quadraginta annis ante cum ingentibus Persarum agminibus confligere non cunctati, multis in proeliis praeclaras victorias reportaverant, fama adventantis regis perlata, vix unus reperiretur[1]), qui, quomodo tanto respublica liberanda esset periculo, civibus metu et formidine perculsis, atque insciis quid sibi consilii ineundum esset, exponere auderet rationes; harum rerum causae non magis fuisse in eo videri solent, quod omnibus aetatis suae ducibus rex Macedoniae egregiis belli virtutibus et fortitudine animi atque prudentia in rebus et adversis et prosperis longe antecellebat, quam in corrupta vivendi ratione, quae paulo post Periclis mortem Athenas invasisse, et procedente tempore magis magisque inva-

1) **Demosth. pro coron. ed. Bekk. p. 253.** *Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν, ἧκε δ' ἀγγέλλων τις ὡς τοὺς πρυτάνεις ὡς Ἐλάτεια κατείληπται. — ὡς εἰσῆλθεν ἡ βουλὴ καὶ ἀπήγγειλαν οἱ πρυτάνεις τὰ προσηγγελμένα ἑαυτοῖς καὶ τὸν ἥκοντα παρήγαγον κἀκεῖνος εἶπεν, ἠρώτα μὲν ὁ κῆρυξ „τίς ἀγορεύειν βούλεται;“ παρῄει δ' οὐδείς. πολλάκις δὲ τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος οὐδὲν μᾶλλον ἀνίσταθ' οὐδείς, ἁπάντων μὲν τῶν στρατηγῶν παρόντων, ἁπάντων δὲ τῶν ῥητόρων, καλούσης δὲ τῆς πατρίδος τῇ κοινῇ φωνῇ τὸν ἐροῦνθ' ὑπὲρ σωτηρίας. — ἐφάνην τοίνυν οὗτος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐγώ, καὶ παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς, ἅ μου δυοῖν ἕνεκ' ἀκούσατε προσέχοντες τὸν νοῦν.* **Cf. Diod. Sic. XVI, 84.**

luisse dicitur. Bello enim Peloponnesiaco vix pera tanto irruerunt in Athenienses impetu pravitas mo libidinesque a Persis propagatae atque levitas, ut sicut fere fit, fati sortisque futurae parum curiosi, nil instrumenta luxuriei novaque voluptatum genera circ spicerent, et multo plures essent, quibus potior viden suarum rerum cura quam salus reipublicae; cuius qui qualis fuerit status inde ab eo tempore, quo integris ribus, a civibus vere generosi et incorrupti animi ad nistrata vigebat florebatque usque ad aetatem qua illi celebres Thebanorum duces Spartanos devicer egregie exposuit Isocrates in oratione de pace: in ea e vituperatis moribus pravis, et illo reipublicae gerer modo, quo usa fuerat superior aetas, improbato, cives conatus est commovere, ut, cum perpetuis bellis et tu civilibus exhaustas viderent populi vires, et amissam m rum virtutem, imminentem reipublicae interitum aver studerent. Quanto Aristides, Themistocles, Milti praestantiores erant duces quam Hyperbolus et Cleoph tanto praestantior erat maiorum respublica quam ea temporibus post bellum Peloponnesiacum fuit. Tum gravibus belli diuturni laboribus tandem defatigati, o ita exhaustis, ut eas nullo adhibito alieno auxilio in petuum prostratas esse intelligerent, cogebantur. nim

---

2) Isocrat. de pac. ed. Bekk. p. [illegible] τοσοῦτον [illegible] (Ὑπερβόλου καὶ Κλεοφῶντος), ἐπὶ μὲν τῆς πολιτείας τῆς [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ἡ πόλις [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] τοῦ [illegible] τοὺς [illegible] ἐπὶ τοὺς πολίτας [illegible] [illegible] [illegible] πρὸ τῶν [illegible] [illegible] [illegible] τῆς [illegible] ἐπὶ δὲ τῆς [illegible] τῆς παρὰ τῶν [illegible] [illegible] [illegible] καὶ τῆς δόξης τῆς παρὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

um populis plerisque omnibus bellum inferre vellent, omines perditos, et transfugas omnibus sceleribus maulatos mercede conducere, quibus naves instruerent et xpeditiones susciperent[3]); civium vero optimum quemque atria expellebant, eorumque pecuniam catervis illis conucticiis impudenter dispertiebant[4]); proinde cum pecuniae enuria oriretur, qua cupiditati ducum et mercenariorum atisfieret, a sociis omni modo oppressis magna tributa xigebant[5]), quibus deinde etiam ad solemnia ingenti ompa celebranda utebantur[6]). Hic fuit reipublicae staus, antequam Athenae in Romanorum potestatem sunt edactae; optimae maiorum virtutes paulatim pessumiverunt, antiquae illius populi vires, otio abundantis, et quemvis gientis laborem, penitus intercidere. Referta sunt orarum opera exemplis quae quo licentiae ventum sit[7]), lu-

3) Isocrat. ib. p. 188. *πόλεμον μὲν μικροῦ δεῖν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀναιρούμεθα, πρὸς δὲ τοῦτον οὐχ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀσκοῦμεν, ἀλλὰ ἀνθρώπους τοὺς μὲν ἀπόλιδας τοὺς δ' αὐτομόλους τοὺς δ' ἐκ τῶν ἄλλων κακουργιῶν συνεῤῥυηκότας, οἷς ὁπόταν τις διδῷ πλείω μισθόν, μετ' ἐκείνου ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσιν.*

4) Isocrat. ib. p. 195. *τίς γὰρ ἂν ὑπέμεινε τὴν ἀσέλγειαν τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων, οἳ συναγαγόντες ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος τοὺς ἀργοτάτους καὶ τοὺς ἁπασῶν τῶν πονηριῶν μετέχοντας, πληροῦντες τούτων τὰς τριήρεις, ἀπηχθάνοντο τοῖς Ἕλλησι, καὶ τοὺς μὲν βελτίστους τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐξέβαλλον, τοῖς δὲ πονηροτάτοις τῶν Ἑλλήνων τἀκείνων διένεμον.*

5) Isocrat. ib. p. 188. *εἰς τοῦτο δὲ μωρίας ἐληλύθαμεν, ὥστ' αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς τῶν καθ' ἡμέραν ἐσμέν, ξενοτροφεῖν δ' ἐπικεχειρήκαμεν, καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν λυμαινόμεθα καὶ δασμολογοῦμεν, ἵνα τοῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κοινοῖς ἐχθροῖς τὸν μισθὸν ἐκπορίζωμεν.*

5) Isocrat. ib. p. 196. *Οὕτω γὰρ ἀκριβῶς εὕρισκον ἐξ ὧν ἄνθρωποι μάλιστ' ἂν μισηθεῖεν, ὥστ' ἐψηφίσαντο τὸ περιγιγνόμενον ἐκ τῶν φόρων ἀργύριον, διελόντες κατὰ τάλαντον, εἰς τὴν ὀρχήστραν τοῖς Διονυσίοις εἰσφέρειν, ἐπειδὰν πλῆρες ᾖ τὸ θέατρον.*

7) **Cf. Lysias de caede Eratosth. p. 164. ed. Bekk.**

culenter indicant, ita ut in ingenuos non minus quam servos turpissima admitterentur flagitia[8]). Praeterea opulenta convivia et sumptuosas epulas habendi, qui a Persas iam multo antea obtinebat, Athenis tam ve menter increbruerat, ut fortissimi belli duces, qui sibi rente republica inopiam et moderationem vitae atque te perantiam decori et honori esse existimavissent, n ventris libidini immodice indulgerent. Timotheum C nis filium compotationibus et sumptuosis coenis assue fuisse testatur Aristophilosophus ap. Athen. lib. X. pag. ed. Schweigh. Eadem narrat Theopompus ib. lib. X p. 476. de Chabria, quem dixit non in urbe vivere p ob morum lasciviam διὰ τὴν ἀσέλγειαν, et sumptuos magnificentiam καὶ διὰ τὴν πολυτέλειαν τὴν αὐτοῦ περὶ τὸν βίον. Iphicratis quoque compotationes a Cotyn[9]) Thraciae regem, qui omnium quotquot fuer maxime voluptatibus et vitae deliciis deditus erat (At lib. XII. p. 475.) et cuius filiam uxorem ducere eum pudguit (ib. IV. p. 14.) memorat idem l. XII. p. 476. nitus interiisse virtutis amorem; reique publicae caritat in eo etiam apparet, quod alii nonnulli et duces et mili cum in patria non invenirent, quid rerum agerent, Pe sarum regi eos arcessenti, ut ipsius auspiciis militare obtemperare non dubitaverunt[10]); qui quidem, ubi co pressis seditionibus quae saepe in remotis imperii partib

8) Tria enumerat Dinarchus in orat. contra Demosth. p. 1 ed. Bekk. ὑμεῖς Μένωνα μὲν τὸν μυλωθρὸν ἀπεκτείνατε, δι παῖδα ἐλεύθερον ἐκ Πελλήνης ἔσχεν ἐν τῷ μύλωνι. Θεμίστ δὲ τὸν Ἀφιδναῖον, διότι τὴν Ῥοδίαν κιθαρίστριαν ὕβρισεν Ἐλ σινίοις, θανάτῳ ἐζημιώσατε, Εὐθίμαχον δέ, διότι τὴν Ὀλ θίαν παιδίσκην ἔστησεν ἐπ' οἰκήματος. Cf. Aeschin. co Timarch. p. 268. ubi turpissime actum cum Pittalaco q dam videtur fuisse.

9) Cf. Harpocrat. Lexic. s. v. Κότυς.

10) Cf. Athen. l. II. p. 185. ubi quantis donare muneribus reg

xcitari solebant, domum redierant, divitiis quidem magnis ucti, at sceleribus omnis generis contaminati, relicuos ves inficiebant; et haec praecipua fuit causa cur inde ab o tempore saepe penes privatos tantae essent divitiae, ut psorum domus cum aedificiis publicis de magnificentia et plendore certare possent [11]). Postremo fides fracta, ius-urandum laesum [12]), religio neglecta, omnia quae antea cra habebantur, irrisa, nec defuerunt qui, accepta pe-unia, proditores patriae et esse et nominari non erube-cerent.

Postquam autem, bello sacro exorto, arae, foci, deo-um delubra temerata ac violata sunt [13]), et militum cuius-is linguae et originis turbae sanguinolentae, coeco impetu et abie concitatae, spe pecuniarum potiundarum inflammatae, ostrema collabentis reipublicae concusserunt fulcra, pieta-em erga deos, nullus profecto fuit finis quem pravitas et centia non excederet, ita ut, paucis civibus exceptis, quo-um nomina posteritati sunt tradita, nemo de averruncandi

---

Persarum eos Graecos solerent, qui apud ipsos commorabantur, ipsisque adulabantur, testatur Heraclides Ponticus.

11) Cf. Lys. ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφ. χρημάτων p. 318. sq. ed. Bekk. Hoc maxime tum demum obtinuit, cum Philippus oratores et magistratus Athenienses pecunia corrumpere coepit. Cf. Demosth. Olynth. III. p. 34. ἀποβλέψατε δὴ πρὸς τοὺς ταῦτα πολιτευομένους, ὧν οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν, οἱ δ᾽ ἐξ ἀδόξων ἔντιμοι, ἔνιοι δὲ τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας εἰσὶ κατεσκευασμένοι, ὅσῳ δὲ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτῳ τὰ τούτων ηὔξηται. id. contra Aristocr. p. 619. νῦν δ᾽ ἰδίᾳ μὲν ἑκάστῳ τῶν τὰ κοινὰ πραττόντων τοσαύτη περιουσία ἐστίν, ὥστε τινὲς μὲν αὐτῶν πολλῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας τὰς ἰδίας κατεσκευάκασιν οἰκίας.

12) Cf. Demosth. contra Timoth. p. 425.

13) Athenienses quoque templo Delphico sacrilegas admovisse manus narrat Diod. Sic. XVI, 57. τῆς δὲ τῶν ἱερῶν χρημάτων φθορᾶς τὴν μὲν ὅλην ἐπιγραφὴν ἔσχον Φωκεῖς, μετέσχον

mali ratione sollicitus esset[14]), omnes hoc unum cura quomodo e miserandis reipublicae ruinis salvi emerge Quanta fuerit illorum temporum calamitas et praecip quam prava vivendi Atheniensium ratio, perspicue expo Theopompus ap. Athen. lib. XII. pag. 477. qui de Chare eorum duce ita incipiens: *Χάρητος*, inquit, *νωθροῦ ὄντος καὶ βραδέος, καί τοι γε καὶ πρὸς τρυφὴν ἤ ζῶντος· ὅς γε περιήγετο στρατευόμενος αὐλητρίδα καὶ ψαλτρίας, καὶ πεζὰς ἑταίρας· καὶ τῶν χρημάτω τῶν εἰσφερομένων εἰς τὸν πόλεμον, τὰ μὲν εἰς ταύτη τὴν ὕβριν ἀνήλισκε, τὰ δ' αὐτοῦ κατέλιπεν Ἀθήνησι τοῖς τε λέγουσι καὶ τὰ ψηφίσματα γράφουσι, καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς δικαζομένοις. ἐφ' οἷς ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων οὐδεπώποτε ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἠγάπα τῶν πολιτῶν, καὶ δικαίως. καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἔζων, ὥστε τοὺς μὲν νέους ἐν τοῖς αὐλητριδίοις καὶ παρὰ ταῖς ἑταίραις δια-*

δὲ τῆς αἱρέσεως Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι οἱ συμμαχήσαντες τοῖς Φωκεῦσι καὶ οὐ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐκπεμπομένων στρατιωτῶν τοὺς μισθοὺς λαβόντες. Non alienum videtur hic historiam de Iphicrate a Diodoro narratam referre, quae, quantus religionis et deorum apud Athenienses contemptus fuerit, argumento esse potest. Pergit enim Diodor. *οὕτω δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ χρόνος οὗτος ἤνεγκεν ἐξαμαρτάνειν εἰς τὸ δαιμόνιον ὥστε μικρὸν ἀνώτερον τῶν Δελφικῶν καιρῶν Ἰφικράτους διατρίβοντος περὶ Κέρκυραν μετὰ ναυτικῆς δυνάμεως, καὶ Διονυσίου τοῦ Συρακοσίων δυνάστου πέμψαντος εἰς Ὀλυμπίαν καὶ Δελφοὺς ἀγάλματα ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος δεδημιουργημένα, περιτυχὼν ταῖς κομιζούσαις αὐτὰ ναυσὶν ὁ Ἰφικράτης, καὶ κρατήσας αὐτῶν, διεπέμψατο πρὸς τὸν δῆμον ἐπερωτῶν τί χρὴ πράττειν, οἱ δ' Ἀθηναῖοι προσέταξαν αὐτῷ μὴ τὰ τῶν θεῶν ἐξετάζειν, ἀλλὰ σκοπεῖν ὅπως τοὺς στρατιώτας διαθρέψῃ. Ἰφικράτης μὲν οὖν ὑπακούσας τῷ δόγματι τῆς πατρίδος ἐλαφυροπώλησε τὸν τῶν θεῶν κόσμον.*

14) Demosth. de fals. legat. p. 345. *μέλει δ' οὐδενὶ τῶν κοινῶν, οὐδὲ μέμνηται.*

ρίβειν· τοὺς δὲ μικρὸν ἐκείνων πρεσβυτέρους, ἔν τε οἷς κύβοις καὶ ταῖς τοιαύταις ἀσωτίαις· τὸν δὲ δη- :ον ἅπαντα πλείω καταναλίσκειν εἰς τὰς κοινὰς ἑστιά- εις καὶ κρεανομίας, ἤπερ εἰς τὴν τῆς πόλεως διοί- ησιν. Tantus profecto fuit deorum contemptus atque acrorum, ut pretiosissimis, quae antea Delphis consecrata ıerant donariis, meretrices mulieres et pueri turpissimis iservientes amoribus ubique deprehenderentur ornati, ut arrat Theopompus in libro de Delphicorum donariorum poliatione ap. Athen. lib. XIII. p. 189. [15]); omnia tandem, t paucis dicam, quae antea exposuimus reipublicae vitia, t religio violata moresque deteriores magnopere incre- ruerunt et invaluerunt [16]), animosque civium veluti com- ıuni quadam peste contaminarunt. Nemo fere Athenien- um militabat, sed in segnitiem torporemque resoluti, cum :toribus nobilissimis poëtisque theatra celebrabant, face-

5) Φιλογύναιον μὲν, φησὶ, γεγονέναι Φάϋλλον τὸν Φωκέων τύραννον, φιλόπαιδα δὲ Ὀνόμαρχον. καὶ ἐκ τῶν τοῦ θεοῦ χαρίσασθαι τοῦτον εἰς Δελφοὺς παραγενομένῳ τῷ Πυθοδώρου τοῦ Σικυωνίου υἱῷ, ἀποκειρομένῳ τὴν κόμην, ὄντι καλῷ συγγενόμενον, τὰ Συβαριτῶν ἀναθήματα, στλεγγίδια χρυσᾶ τέσσαρα· τῇ Δεινιάδου δὲ αὐλητρίδι Βρομιάδι Φάϋλλος καρχήσιον ἀργυροῦν Φωκαέων, καὶ στέφανον χρυσοῦν κιττοῦ Πεπαρηθίων. αὐτῇ δὲ, φησὶ, καὶ ἔμελλε τὰ Πύθια αὐλεῖν, εἰ μὴ ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐκωλύθη. τῷ δὲ Λυκόλᾳ — ὄντι καλῷ Ὀνόμαρχος ἔδωκε στέφανον δάφνης, Ἐφεσίων ἀνάθημα.

6) Antea enim illos pudebat ante oculos civium vitam dissolutam degere, itaque, quoad iis licebat, aberant Athenis libenter; hoc certe narrat Theopomp. ap. Athen. lib. XII. p. 476. εἵλοντο αὐτῶν οἱ ἔνδοξοι ἔξω τῆς πόλεως καταβιοῦν. Ἰφικράτης μὲν ἐν Θρᾴκῃ, Κόνων δ' ἐν Κύπρῳ, Τιμόθεος δ' ἐν Λέσβῳ, Χάρης δ' ἐν Σιγείῳ, καὶ αὐτὸς ὁ Χαβρίας ἐν Αἰγύπτῳ. Quem locum legisse videtur Cornel. Nep. qui in Chabr. c. III. „*Non enim*, inquit, *libenter erat (Chabrias) ante oculos civium* „*suorum: quod et vivebat laute et indulgebat sibi liberalius*, „*quam ut invidiam vulgi posset effugere.*“

eosque versificatores potius quam duces strenuos laudantes. Tum profuse cum urbano populo dividebatur publicum vectigal, quo antea milites et remiges alebantur; exercitibus praeerant aut imperiti aut corrupti duces[17]), qui, cum pecuniae in aerario deessent, quae bellis perpetuis gerendis et luxuriosae vivendi rationi sufficerent, vectigalia solvere cogebant socios, quorum quidem qui aut nollent, aut non haberent, unde tantum sumerent, in eos igne ferroque grassabantur[18]); quamquam e reditibus publicis quidquid relicui fecerat reipublicae administrandae necessitas, non, ut antea, in naves parandas et exercitus colligendos impendebatur, sed a praefectis et oratoribus perditis[19]), omni modo captare populi favorem studentibus,

---

17) Aeschin. de fals. legat. p. 337. χίλια δὲ καὶ πεντακόσια τάλαντα οὐκ εἰς στρατιώτας, ἀλλ' εἰς ἡγεμόνων ἀλαζονείας ἀνηλωκέναι, Δηΐάρην τε καὶ Δηΐπυρον καὶ Πολυφόντην, δραπέτας ἀνθρώπους, ἐκ τῆς Ἑλλάδος συνειλεγμένους, καὶ χωρὶς εἰς τοὺς περὶ τὸ βῆμα καὶ τὴν ἐκκλησίαν μισθοφόρους, οἳ τοὺς μὲν ταλαιπώρους νησιώτας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἑξήκοντα τάλαντα εἰσέπραττον σύνταξιν, κατῆγον δὲ τὰ πλοῖα καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐκ τῆς κοινῆς θαλάττης.

18) Cf. Demosth. περὶ τῶν ἐν Χεῤῥον. p. 87. πάντες ὅσοι πώποτ' ἐκπεκλεύκασι παρ' ὑμῶν στρατηγοί, ἢ ἐγὼ πάσχειν ὁτιοῦν τιμῶμαι, καὶ παρὰ Χίων καὶ παρὰ Ἐρυθραίων καὶ παρ' ὧν ἂν ἕκαστοι δύνωνται, τούτων τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκούντων λέγω, χρήματα λαμβάνουσι. λαμβάνουσι δὲ οἱ μὲν ἔχοντες μίαν ἢ δύο ναῦς ἐλάττονα, οἱ δὲ μείζω δύναμιν πλείονα. καὶ διδόασιν οἱ διδόντες οὔτε τὰ μικρὰ οὔτε τὰ πολλὰ ἀντ' οὐδενός (οὐ γὰρ οὕτω μαίνονται), ἀλλ' ὠνούμενοι μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς παρ' αὐτῶν ἐκπλέοντας ἐμπόρους, μὴ συλᾶσθαι, παραπέμπεσθαι τὰ πλοῖα τὰ αὐτῶν, τὰ τοιαῦτα.

19) Isocrat. de pac. p. 207. Θαυμάζω δ' εἰ μὴ δύνασθε συνιδεῖν ὅτι γένος οὐδέν ἐστι κακονούστερον τῷ πλήθει πονηρῶν ῥητόρων καὶ δημαγωγῶν. — ἐν ταῖς ἀπορίαις, ἐν αἷς αὐτοὶ δυναστεύουσιν, ἐν ταύταις ἥδιστ' ἂν ἴδοιεν ἅπαντας ὄντας τοὺς πολίτας. τεκμήριον δὲ μέγιστον· οὐ γὰρ τοῦτο σκοποῦσι, ἐξ οὗ τρόπου

foede in dies festos apparatusque ludorum effundebatur; quo factum est ut, cum ludis ad diem semper prospectum esset, exercitus vel classes quae sociis opem ferrent, tum demum advenirent, cum hostis iamdudum consilia exsecutus, urbibus locisque munitis potitus erat[20]). Quis igitur miretur tam florentes Atheniensium opes ruisse, cum ad opprimendam unam urbem tot tantaque domi forisque mala concurrerent? Quo enim magis Atheniensium virtus otio corrupta erat, eo facilius sordidum et obscurum antea Macedonum nomen emersit. Philippus enim Epaminondae et Pelopidae virtutibus eruditus, consilio prudens, in periculis bellique discrimine audax, fuit rex armorum quam conviviorum apparatibus studiosior, a literarum cultu non alienus, eloquentia orationeque acuminis et solertiae plena insignis, cui successit filius Alexander et virtutibus et vitiis patre maior. Hi ambo regnum Macedoniae Atheniensium cervicibus, velut iugum impositori, nihil reliquerunt intentatum, quod reipublicae interitum accelerare posset; quamobrem Athenis amicitias utilitate non fide colentes, largitionibus quae maximae poterant excogitari, corruperunt omnes fere oratores et quicunque rebus administrandis praefecti erant, qui quidem divitiarum augendarum vel certe servandarum cupidi essent, ut omnibus

---

τοῖς δεομένοις βίον ἐκποριοῦσιν, ἀλλ' ὅπως τοὺς ἔχειν τι δοκοῦντας τοῖς ἀπόροις ἐξισώσουσιν.

20) Demosth. Philipp. I. p. 47. καίτοι τί δήποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζετε τὴν μὲν τῶν Παναθηναίων ἑορτὴν καὶ τὴν τῶν Διονυσίων ἀεὶ τοῦ καθήκοντος χρόνου γίγνεσθαι, ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν, ἄν τε ἰδιῶται οἱ τούτων ἑκατέρων ἐπιμελούμενοι, εἰς ἃ τοσαῦτ' ἀναλίσκετε χρήματα ὅσα οὐδ' εἰς ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ τοσοῦτον ὄχλον καὶ τοσαύτην παρασκευὴν ὅσην οὐκ οἶδ' εἴ τι τῶν ἁπάντων ἔχει, τοὺς δ' ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν, τὸν εἰς Μεθώνην, τὸν εἰς Παγασάς, τὸν εἰς Ποτίδαιαν;

Macedonum votis morem gererent, et ipsis etiam nutibus obedirent, utque, quomodo ipsorum potentiam quam celerrime augere et confirmare possent, omni quaererent studio; ideo adflictis ac pene prostratis infelicium Athenarum rebus, unicisque praesidiis reipublicae amissis calamitas tanta fuit, ut, si eiusdem oratoris uti liceat verbis, cuius vitam explicandam in me suscepi, *ναυάγια* tantum *τῆς πόλεως* administranda superessent. Duo fere tantum existebant viri, amore patria incensi, universam civium et perversitatem et negligentiam aegre ferentes, imminentemque reipublicae praesagientes interitum; quorum alter Demosthenes corruptissimum quemque demagogorum qui gratia apud populum et auctoritate valerent, ne scelerum contagio paucis bonis obessent, reprimebat legum habenis, et omnes vires suas ad eos exterminandos conferebat, eiusque rei causa nullam offensionem, nullam simultatem, nullum odium, nullam denique capitis dimicationem sibi unquam defugiendam putavit, atque in orationibus rationes exponebat, quibus respublica si non in pristinum restitui splendorem, at ruina certe eius differri posset; alter Phocio, quem unicum eloquentiae suae aemulum reformidabat Demosthenes [21]), vultu austero praeditus, et insigni quadam animi gravitate excellens et moderatione atque vitae integritate, quibus virtutibus omni tam clare praefulsit tempore ut nomine viri boni communi omnium ornaretur suffragio[22]); inanes vero et vani fuerunt generosi eorum labo-

---

21) Plutarch. Phoc. c. V. *Ὁ δὲ Δημοσθένης τῶν μὲν ἄλλων κατεφρόνει πολὺ ῥητόρων, ἀνισταμένου δὲ Φωκίωνος εἰώθει λέγειν ἀτρέμα πρὸς τοὺς φίλους· „Ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς πάρεστιν.“*

22) Suid. s. v. *Φιλίσκος Αἰγινήτης. ἐγένετο δὲ αὐτοῦ ὁμιλητὴς καὶ Φωκίων, ὁ χρηστός.* Diog. Laert. in Diogen. vit. lib. VI. Segm. 76. p. 350. ed. Meibom. *ἤκουσε δὲ αὐτοῦ καὶ Φωκίων ὁ ἐπίκλην χρηστός.* Cf. Aegid. Menag. Observat. ad h. l. p. 253.

res in populo levi et inconstante, qui libentius perfidis aliorum oratorum consiliis aurem praebebat, cupiditatibus et licentiae faventium. Ceteris igitur maiorum virtutibus amissis omnibus, Athenienses nil nisi literas et artes in urbe retinebant; et haec praecipua fuit causa cur Macedonum reges tantam in eos haberent venerationem[22]), tantosque impenderent sumptus, ut eorum civitate potirentur. Ceterum non Athenae tantum, sed omnes quotquot fuerunt in Graecia respublicae olim florentes, eodem adflictae fuisse videntur malo; quod egregie exposuit idem orator in orationis fragmento quod unum superest. Oratt. gr. ed. Bekk. T. III. p. 489. *ὧν (Λακεδαιμονίων) μὲν γὰρ ἐσύλησε τὴν ἰσχὺν ὁ περὶ Λεῦκτρα κίνδυνος, ὁ δὲ πρότερον ἀπείρατος ὢν πολεμίας σάλπιγγος Εὐρώτας Βοιωτοὺς ἐν τῇ Λακωνικῇ στρατοπεδεύοντας εἶχεν· ἀπέκειρε γὰρ τὴν ἀκμὴν τῆς Σπάρτης ὁ Θηβαῖος; καὶ τοὺς ὅρους τῆς Λακωνικῆς τεθειμένους τὴν ἀκμὴν τῶν νέων συνέκλεισε ταῖς τέφραις. — Θηβαῖοι δὲ μέγιστον εἶχον δεσμὸν τὴν τῶν Μακεδόνων φρουράν, ὑφ' ἧς οὐ μόνον*

Aelian. V. H. III, 47. *Φωκίωνα δὲ ἡ εὐφημία ἡ καλοῦσα αὐτὸν χρηστόν, οὐδὲν ὠφέλησεν, οὐδὲ κ. τ. λ.* ib. XII, 43. *Φωκίων δὲ ὁ χρηστὸς ἐπικληθείς, πατρὸς μὲν δοίδυκας ἐργαζομένου ἦν.* Cf. de nat. animal. XII, 6. p. 667. ed. Abrah. Gronov. Londin. 1744. *εἴγε καὶ Ἀθηναῖοι Φωκίωνα τὸν χρηστὸν ἔῤῥιψαν ἄταφον.* Diod. Sic. XVII, 15. *πολλῶν δὲ λόγων γινομένων κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, Φωκίων μὲν ὁ χρηστός, ἀντιπολιτευόμενος κ. τ. λ.* Cornel. Nep. Phoc. Vit. I. *huius memoria est nulla, illius autem magna fama, ex quo cognomine Bonus est appellatus.* Valer. Max. III. 8. — *mores Phocionis: quos optime profecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit.*

23) Demosth. de fals. legat. p. 345. ed. Bekk. *εὖ γὰρ εἰδέναι χρὴ τοῦθ', ὅτι οὐ καταφρονεῖ Φίλιππος τῆς πόλεως τῆς ὑμετέρας, οὐδ' ἀχρηστοτέρους νομίσας ὑμᾶς Θηβαίων ἐκείνους εἵλετ' ἀνθ' ὑμῶν.*

τὰς χεῖρας συνεδέθησαν ἀλλὰ καὶ τὴν παῤῥησίαν ἀφῄρηντο· τῷ γὰρ Ἐπαμινώνδου σώματι συνέθαψε τὴν δύναμιν τῶν Θηβαίων ὁ καιρός. Qualis fuerit illis temporibus rerum status, eo exponendum mihi fuisse existimavi, ut quid Demadi acciderit, et quibuscum vixerit hominibus, melius et facilius intelligi possit.

Reliquum nunc est ut de iis, qui eandem ante me pertractaverunt materiam, pauca addam. Qui primus multos veterum scriptorum, qui sunt de Demade, locos contulit, est eruditus Fabricius; nonnullos adiecit Harles. Quae de eo scripsit uterque, reperiuntur in Fabricii bibliotheca graeca cur. Harles. Hamburg. 1761. T. II. p. 868. sqq. in quibus diligentiam et eruditionem iure admiraris, ordinem vero et acumen ingenii desideras. Praeterea supplementa egregia dedit Ruhnken. in hist. crit. oratt. graec. p. 71. sqq. quam recepit Reisk. in Oratt. gr. T. VIII. p. 150. et nuper edidit C. Frotscher: P. Rutilii Lupi de figuris sententiarum etc. Lips. 1831. de quibus vid. quod dixi adn. 25. Deinde peculiarem de Demade conscripsit commentationem J. G. Hauptmann: Disputatio qua Demadem et illi tributum fragmentum orationis considerat. Ger. 1768. quam recepit Reisk. in Oratt. gr. T. IV. p. 243. in eius autem opere nihil reperies nisi quod Fabricius iam collegit, mutatis verbis et confusione aucta; mihi quidem nullam prorsus praestitit utilitatem. Parisiensis quoque libri mentionem faciam cuius est inscriptio: Histoire critique de l'éloquence chez les Grecs par Belin de Ballu Paris. 1813. quem quidem mihi, cum bene scirem magnam apud scriptores Francogallos consecutum esse famam auctoris nomen, magnis sumptibus comparavi; in eo autem nihil novi reperies, in ea quidem parte in qua de Demade agitur; descripsit enim sine ordine quae ante eum Fabricius diligenter collegit; et quasi nulla esset de ulla re dubitatio, maximas diiudicat difficultates argumentis vix

adlatis, quibus eius nitatur opinio. Quod ad confirmandum, ea quae dicit idem de orationis fragmento T. I. p. 330. argumento esse possunt. „C'est vraisemblablement „l'ouvrage de quelqu'un de ces sophistes qui ont usurpé „impudemment le nom des écrivains distingués, pour faire „passer leurs inepties sous le voile d'une réputation déjà „établie. La faiblesse de cette composition, les maximes „triviales par lesquelles elle débute, le style lâche et „décousu dont elle est écrite, décèle son imposture.“ e quo intelligitur illum ne legisse quidem ea, de quibus tam inepte iudicat. Denique plures adnotationes egregias, in quibus praeclara eruditio atque doctrina cum ingenii acumine coniunctae sunt, reperi in Oeconom. publ. Atheniens.

Natum esse Demadem inter Ol. LXXXVIII, 1. et C, 2, cum nullo certo veterum auctorum testimonio fretus, hoc loco demonstrare nequeam, infra seorsim exquirere tentabo.

De nomine Demadis eiusque quantitate, nulla, ut opinor, dissensio esse potest, cum ex Δημεάδης in Δημάδης contractum esse moneatur a multis, et inter alios ab Etym. M. auctore, qui scripsit p. 210, 13. ed. Sylb. τὰ δὲ εἰς ας ἰσοσυλλάβως κλινόμενα, διὰ τοῦ αδης ποιοῦσι τὸ πατρωνυμικόν· βορέας, βορέου, βορεάδης· πυλέας, πυλέου, Πυλεάδης, καὶ κατὰ συγκοπήν, Πυλάδης· Δημέας, Δημέου, Δημεάδης καὶ Δημάδης. ib. p. 265. 12. Δημάδης, οὐκ ἔχει τὸ ῑ· ἀπὸ γὰρ τοῦ Δημέας γίνεται Δημεάδης· καὶ κατὰ συναίρεσιν, Δημάδης. καὶ ὤφειλεν εἰς τὸ η γίνεσθαι ἡ κρᾶσις· ἀλλὰ διὰ τὸν χαρακτῆρα εἰς ᾱ ἐγένετο· τὰ γὰρ εἰς δης πατρωνυμικά, ἢ τύπου πατρωνυμικοῦ ὄντα, ἢ τῷ ῑ θέλει παραλήγεσθαι, ἢ τῷ ἄλφα· οἷον, Πηλείδης, Αἰακίδης· Εὐριμάδης, Πυλάδης. οὕτως οὖν καὶ Δημάδης. Idem docuit Priscian. II, 7. pag. 82. ed. Krehl. „Excipiuntur tamen haec, quae „contra regulam producunt penultimas vocales, Aeolides, „Demades per synaeresim pro Demeades, Codrides, Li„coorgides, Lagides, Belides, Euerides etiam et Licomedi„des, apud Graecos contra regulam penultimam diphthon„gum habent, pro qua nos i longam ponimus [24]).“

24) Idem iam antea intellexerat Heusinger. in observatt. antibarb. p. 369. „Demades quia contractum est ex Δημεάδης „mediam longam habet, auctore Prisciano II. p. 68. de quo

Patriam Demadis Athenas fuisse non magis est quod mbigas, cum id ex permultorum veterum scriptorum estimoniis, [vid. ex gr. Suid. s. v. [25])] quae passim adfe-

„dixi ad Cornel. Nep. Phoc. C. 2.“ Corrigendus igitur est error G. Ch. Crusii in lexico graeco-germanico. Hannover. 1832. qui huius nominis penultimam signo brevitatis notavit. In eundem lapsus est errorem Scheller. in lexico suo latino-germanico s. v. Demades; et Fr. Jacobs. in lexic. quod Tom. primo Chrestomath. adiunxit.

25) Totum Suidae de Demade locum ad quem saepius nobis recurrendum erit, hic describere visum est. *Δημάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, καὶ δημαγωγὸς πανοῦργος καὶ εὐτυχής. πρότερον ναύτης ὤν. ἔγραψεν ἀπολογισμὸν πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας. ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. οὗτος κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας. τελευτᾷ δ' ἐπὶ Ἀντιπάτρου.*

Δημάδης, μετ' Ἀντίπατρον βασιλεύσας, Θήβας ἀνέστησε, Δημαίου ναύτου, ναύτης αὐτὸς, καὶ ναυπηγὸς καὶ πορθμεύς. ἀποστὰς δὲ τούτων ἐπολιτεύσατο, καὶ ἦν προδότης, καὶ ἐκ τούτου εὔπορος παντός, καὶ κτήματα ἐν Βοιωτίᾳ παρὰ Φιλίππου δωρεὰν ἔλαβεν. οὗτος Δημοσθένει λέγοντι ὑπὲρ Ὀλυνθίων ἀντέλεγεν. Εὐθυκράτη δὲ τὸν Ὀλύνθιον ἀτιμωθέντα παρὰ Ἀθηναίοις ἐψηφίσατο ἐπίτιμον εἶναι, καὶ πρόξενον Ἀθηναίοις. λόγους δὲ διδοὺς ἀρχῆς, θορυβηθεὶς ἀπεδήμησεν, οὔτε ἑαυτῶν, εἰπών, ἐστὲ κύριοι, οὔτε ἐμοῦ. ἐπέστελλε δὲ Φιλίππῳ, καὶ τὸν υἱὸν ἔπεμπε πρὸς αὐτόν. ἱπποτρόφει δὲ καὶ ἠγωνίζετο Ὀλυμπιάσι καὶ ἐνίκα. ἔγραψε δὲ καὶ ψήφισμα, τῷ Φιλίππῳ τοὺς Ἕλληνας ὑπακούειν. ἐν Χαιρωνείᾳ δὲ αἰχμάλωτος γενόμενος, ἀφείθη, καὶ πρεσβευτὴς ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων ἀπεστάλη, οὓς ἀνῆκε Φίλιππος· δὶς δὲ παρανόμων ἑάλω. ἐπολιτεύσατο δὲ καὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρου.

Δημάδης, Δακιάδης, Ἀθηναῖος ῥήτωρ· τοῦτον εἰσεποίησεν ὁ πρότερος Δημάδης, ὁ καὶ δημαγωγός, ἀπὸ αὐλητρίδος τεχθέντα. πατὴρ δὲ καὶ αὐτὸς Δημαίου τοῦ ῥήτορος γέγονε, καὶ ἀπώλετο ῥιφεὶς εἰς τὴν Ἀμφιπόλεως λίμνην ὑπὸ Ἀντιπάτρου, τοῦ Κασάνδρου πατρὸς καὶ διαδόχου. Hunc locum, quo nullus in Suida neque corruptior est neque difficilior ad emendandum correxit Ruhnkenius in historia critica oratorum graecorum ap. Reisk. or. gr. T. VIII. pag. 150. vel in P. Rutilii Lupi lib.

de figuris sententiarum ed. Frotscher. p. 37. sqq. „Quae vitiata sunt, sic corrigenda, quae luxata, sic locis suis reponenda: Δημάδης. Ἀθηναῖος, ναύτης καὶ δημαγωγὸς πανοῦργος καὶ εὐτράπελος πρότερον ναύτης ὤν. ἔγραψεν ἀπολογισμὸν περὶ τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας. Ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. πάρεστι δὲ κατ' Ὀλυμπιάδα ρια΄. ἐπὶ Ἀντιπάτρου. ὃς κατέλυσε τε δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας. καὶ μετ' Ἀλεξάνδρου [illegible] [illegible]. Nunc age singularum mutationum rationem reddamus, et locum paucis illustremus. Εὐτράπελος apud Atticos significat dicacem, facetum. Grammaticus MS. in Bibl. Reg. Εὐτράπελος καὶ εὐμαθὴς διαφέρει. εὐμαθὴς μέν, ὁ ταχέως μανθάνων· εὐτράπελος δέ, ὁ πανοῦργος καὶ σκώπτης. Sic etiam Ammon. ubi Valcken. V. C. docte explicuit hanc vocis potestatem. Plut. Dem. C. 25. οἱ δ' εὐτράπελοι χλευάζοντες, οὐχ ὑπὸ κυνάγχης ἔφασαν, ἀλλ' ὑπ' ἀργυράγχης εἰλῆφθαι νύκτωρ τὸν δημαγωγόν. Atqui inter illos εὐτραπέλους Demadem fuisse, tradit Pollux VII. 104. Cicero quoque Orat. 26. Demadem praeter ceteros oratores facetum dicit: idque satis ostendunt multa eius dicta, quae passim commemorantur. Nauta ab aliis etiam scriptoribus Demades vocatur: [illegible] a Proclo Prolegomenis ineditis in Hesiodum. Vocem Ὀλυμπιάδα, quam interpretes ridicule de Alexandri matre acceperunt, in sedem suam revocavimus, adiecimusque numeros ρια΄. Nam Diodorus Siculus XVIII. pag. 282. Demadis mortem refert ad Olymp. CXV. 2. Ut vero Demades orationem, qua rerum per duodecim annos a se gestarum rationem reddidit, περὶ τῆς δωδεκαετίας inscripsit, sic Demetrius Phalereus, teste Diogene Laert. V. 81. librum scripsit περὶ τῆς δεκαετίας, quo non decennalem Troiae obsidionem ennarravit, ut inepte coniicit Menagius, sed rationem reddidit decem annorum, quibus ipse reipublicae praefuerat summa cum auctoritate. Historiam Deli praeter rem Demadi tribui, bene iudicat Fabricius Bibl. gr. Vol. IV. pag. 421. Non autem Demades iudicia et Oratorum certamina sustulit, sed Antipater post proelium ad Crannonem. Itaque verba ὃς κατέλυσε etc. ad Antipatrum transtulimus. Ultima verba, καὶ μετ' Ἀλεξάνδρου etc. huc e sequenti articulo revocanda esse, viderat etiam doctissimus Kusterus. Hactenus de Suidae loco."

RUHNKEN. Huius viri illustris, favens coniecturae viden-

tur verba quae e Suida de Demade retulit Eudocia in anecd. graec. ed. d'Ansse de Villoison T. I. pag. 131. Δημάδης Ἀθηναῖος ῥήτωρ ἔγραψεν ἀπολογισμὸν πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας· ἱστορίαν περὶ Δήλου καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Δημάδης, Λακιάδης, Ἀθηναῖος ῥήτωρ. Nam haec quoque duos tantum recenset Demades. Eandem denique comprobant haec verba ipsius Suidae Δημάδης Λακιάδης, Ἀθηναῖος ῥήτωρ. τοῦτον εἰσεποίησεν ὁ πρότερος Δημάδης. cum is, si iam de duobus locutus esset, non ὁ πρότερος dixisset, sed πρῶτος vel δεύτερος. Hanc iam antea adprobavisse coniecturam videtur Meurs. in Biblioth. Attic. lib. II. ap. Gronov. Thesaur. antiquit. Graec. T. X. p. 1477., qui quidem postquam priori Demadi ἀπολογισμὸν περὶ δωδεκαετίας et ἱστορίαν περὶ Δήλου aliaque tribuit secundum Suidae narrationem, de altero ita pergit: „Huius filius adoptativus „fuit Demades II. item orator. Suidas de eo Δημάδης Λακιά„δης, Ἀθηναῖος ῥήτωρ. τοῦτον εἰσεποίησεν ὁ πρότερος Δημάδης. „An quid scripserit, minus certum, et iam Ciceronis tem„pore nulla ipsius scripta exstabant. Testatur ille in Bruto: „Huic Hyperides proximus et Aeschines fuit et „Lycurgus, et Dinarchus et is cuius nulla exstant „scripta, Demades. Nam de Demade secundo capienda „ista verba, cum prior scripserit. Quintilianus simpliciter „ait nihil scriptum reliquisse XII, 10. Huius filius Demeas, „etiam orator. De scriptis eius nihil constat." Ita enim Meursius difficultates tollere existimavit, quae inde oriuntur quod Cicero et Quintilanus nihil eum scripti reliquisse narraverunt; quo factum est ut fragmentum orationis περὶ δωδεκαετίας sitne a Demade scriptum annón, dubitari potuerit. Eam autem, quam ille iniit explicandi rationem, prorsus non tolerabilem esse, iam inde patet, quod procul dubio, si non de celebri Demade dicere voluissent Cicero Quintilianusque, sed de ignoto et obscuro quodam eiusdem nominis homine, profecto alia addidissent, quibus ambiguitas vitaretur. Ad haec accedit, quod alia multa, quae iidem commemorant de Demade, non in hunc sed in illum quadrant. Cf. Cic. Or. 26. Quintil. II, 17, 10. Hac igitur causa adductus sum ut praeter illum a Ruhnkenio correctum alios in hoc loco errores inesse credam, qui quidem non tam a gravibus quibusdam librariorum peccatis, quam potius a nota illa Suidae negli-

rentur, luculenter comprobetur; fuit e Laciadis[26]), ut testatur Suidas l. c. qui populus Oeneidis tribus fuit[27]).

Familia ignobili et obscura fuisse Demadem, testatur praeter Suidam l. c. qui patrem nautam fuisse dicit, Aelian.

gentia et rerum ignorantia profecti esse videantur. Quae enim ad alterum Demadem refert Suidas, ea partim ad priorem, qui secundum meam quidem sententiam, unus exstitit, partim ad Demeam eius filium referenda esse censeo. Et primum quidem quod dixit Suidas illum e tibicina natum esse, idem de Demea narratur ap. Athen. l. XIII. p. 140. Schw. ἴστε δὲ, ὅτι καὶ Δημάδης ὁ ῥήτωρ ἐξ αὐλητρίδος ἑταίρας ἐπαιδοποιήσατο Δημέαν. Deinde nuptias, e quibus idem progenuit Demeam, fuisse certe pauperes, nullo magnifico apparatu, ipse testatus est, hisce verbis, quibus apud Plutarchum in Phocion. c. XXX. filium compellat: Ἐμοῦ μὲν, εἶπεν, ὦ παῖ, τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος οὐδ᾽ ὁ γείτων ᾔσθετο, τοῖς δὲ σοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσται συγχορηγοῦσιν. Praeterea, qui in pugna Chaeronensi captus a Philippo, ab eoque incolumis in patriam dimissus, a civibus ad eundem regem legatus est, ut cum eo transigeret de captivis liberandis, eundem ab Antipatro vel a Cassandro eius filio interfectum esse, fusius narrat Diod. Sic. XVI, 87. et XVIII, 48. Porro qui saepius παρανόμων damnatus est, eundem a Cassandro occisum esse, narrat praeter Diod. Sic. XVIII, 48. et 18. ἦν γὰρ τρὶς ἡλωκὼς παρανόμων. Plutarch. Phocion. c. XXX. et XXVI. ἡλώκει γὰρ ἑπτὰ γραφὰς παρανόμων. Denique illum alterum, cuius Suidas meminit, nullo alio reperimus loco memoratum. Quas ob causas Ἱστορία Δήλου καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων iure a Suida tribuatur Demadi, contra Fabricii (Biblioth. Gr. T. II. p. 871. ed. Harles.), et Ruhnkenii (histor. crit. oratt. gr. p. 73.) opinionem, vid. fin. lib.

26) Hic locus fugit Meursium lib. de pop. Att. s. v. Λακιάδαι in Gronov. thes. antiq. Gr. T. IIII. p. 744.

27) Stephan. Byzant. Λακιάδαι, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς· ὁ δημότης Λακιάδης, ἀναγράφεται ὁ δῆμος, Λακία· καὶ ὁ δημότης Λακιεύς.

. H. XII, 43. Ὑπερβόλου δὲ, καὶ Κλεοφῶντος, καὶ Ὑημάδου, καίτοι προστατῶν γενομένων τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τοὺς πατέρας. De nomine autem patris est quod ambigas; eum Demaeam nominatum esse auctor est Suidas l. c. cui tamen ne temere habeas fidem cavendum est. Id enim nomen corruptum esse iam notavit Meurs. Att. lectt. lib. I. in Gronov. thesaur. antiq. Graec. T. V. p. 1778., qui pluribus locis adductis Athen. XIII. 61. Xenoph. Memorab. II, 7, 6. Plutarch. Phoc. XXX. Terent. in Adelph. Liban. in Praesent. (addere potuisset Lucian. in Timon. ed. Hemsterh. T. I. p. 166. εἶπε τὴν γνώμην Δημέας ὁ ῥήτωρ), in quibus omnibus Demeas reperitur, omnes alios Harpocrat. s. vv. κυρία ἐκκλησία, et ὀσχοφόροι; Poll. X, 1. denique Suid. l. c. in quibus Demaeas legitur, corrigendos censet. Cui plane assentiuntur Iungerman. ad Pollluci Onomast. X, 1, 15, et ad eundem locum Hemsterhus. qui veram scripturam Δημέας e codd. MSS. restituit. Si analogiae sequi velis rationem, multa in έας terminata reperies nomina propria Θρασέας, Θαλέας, Μενέας et pleonasmo literae ν. Μεννέας (Etym. M. 579, 25.) Κινέας Plut. Pyrrh. XIIII. Πυθέας ib. Phoc. XXI. Ταυρέας Andoc. de myst. p. 99. Dem. in Mid. p. 505. Harpocr. s. v. Μελέας Thuc. III, 5. Ἀβρέας Arrian. VI, 9. Φιλτέας; Πρωτέας, Ἀριστέας (Etym. M. 795, 13.) Βορέας; Αἰνέας; Κέας; Πυλέας, Πυλεάδης, Πυλάδης; Δημέας, Δημεάδης, Δημάδης. (ib. 210, 15); in είας praeter unum Αἰνείας quod proprie pro Αἰνέας dicitur (Etym. M. 35, 34.) nullum, quod sciam, reperitur; in αίας denique nullum, uno Αἴας tantum excepto, quod non primae sed tertiae declinationis est. Ceterum nomen Αἴας vix cum aliis conferri potest, cum syllaba αι non ad terminationem pertineat. Φιλαίας reperitur ap. Suid. s. v., ubi Suidam ipsum Φιλέας scripsisse iam monuit Kuester. Si quis autem quaerat quomodo

tale mendum oriri potuerit, tamque diu remanere, [illegible] aliam reperio causam nisi quod literae αι et ε saepe permutatae sunt propter enuntiationis similitudinem; cuius quidem permutationis exemplum non minus vulgare [illegible] pervagatum succurrit, quod praestat locus in libro Xenophontis de republica Lacedaemoniorum Cap. XI, 9. [illegible] Fr. Haase, ubi vera scriptura: ὅταν μὲν γὰρ ἐπὶ κέρ[illegible] πορεύωνται in duabus diversis editionibus ita corrupt[illegible] erat: ὅταν μὲν γὰρ ἐπικαίρως πορεύωνται; quod Phil[illegible] phus quoque in latina versione servavit. Cf. Tactic[illegible] passim. Alia etiam exempla facile possent afferri, qu[illegible] in re tam nota superflua videntur. Ad hoc accedit quod hoc nomen integrum in Libanii oratione quadam reperi[illegible] tur, cuius locum, cum maximi sit momenti, totum afferam. Πρεσβευτ. πρὸς Ἰουλιανόν in Libanii sophistae Oratt. [illegible] Declamatt. ed. Reisk. T. I. p. 464. Ἀλέξανδρος δὲ πολλ[illegible] παρὰ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἠδικημένος, τά τε πρά[illegible] γματα ταραττόντων, καὶ τοὺς δήμους κινούντων, καὶ μαργίτην αὐτὸν ἀποκαλούντων, καὶ ὑβριζόντων, καὶ καταφρονούντων, τῷ μὲν εἶναι πάντων κύριος ἀπέσφα[illegible] ξεν ἄν, εἴπερ ἤθελε, δεξάμενος δὲ πρεσβείαν, εἴασε, καὶ τηλικαύτην χάριν ἔδωκε Δημάδῃ τῷ Δημέου, τούτων ἂν καὶ πολλῶν ἑτέρων ἐμνήσθην, εἰ μὴ τούτων ἐπεποιήκεις λαμπρότερα [25]). Quas ob causas patrem Demadis Demeam appellatum esse non dubitabo affirmare. In fragmento autem orationis quod Demadis superest, diversa reperitur scriptura, quae iam plerosque omnes in errorem induxit; ibi enim Demades de se ipso dixit: γεγονὼς γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Δημάδου πατρός, ὡς καὶ ὑμῶν οἱ πρεσβύτεροι γινώσκουσιν κ. τ. λ.; quam [illegible]

[illegible] [illegible]git doct. Fabricium qui in biblioth. Graec. ed. [illegible] p. 868. Demadem Demadis patrem fuisse sta-
[illegible]

difficultatem quomodo tollam nescio. Qui autem secum reputabit, quam scripturae Δημαδου et Δημαίου parum inter se differant, memorque sit et permutationis, de qua supra dixi, literarum αι et ε, et moris qui apud antiquos valebat, idem nepoti quod avo imponendi nomen, sic ut Demades quoniam filium habuit nomine Demeam, probabile sit, idem eius patris fuisse nomen, is profecto meae supra enuntiatae sententiae non dubitabit, ut arbitror, assentiri.

De educatione et institutione Demadis nihil est de quo dubitari possit. Cum enim grammatici hominum inclytorum enumerare, si quos possint exquirere, magistros soleant, et sine magistro vix ullum patiantur, ut recte monuit Naekius in fragm. Choerili p. 21 sq., omnes in eo consentiunt nulla illum doctrina liberali adhibita administrandis patris negotiis praefuisse. Eum nautam fuisse auctor est Suidas l. c. Idem testantur Sextus Empiricus contra Grammatic. p. 291. ed. Fabric. *ἐνδέχεται δέ γε ἱκανῶς καὶ κατὰ τρόπον ῥητορεύειν, μὴ μετασχόντα ῥητορικῆς, ὡς καὶ περὶ Δημάδου παρειλήφαμεν. κωπηλάτης γὰρ ὤν, ὁμολογεῖται ἄριστος γεγονέναι ῥήτωρ, καὶ σὺν τούτῳ ἄλλοι παμπληθεῖς.* Quintilian. Institutt. or. II, 17, 10. „*dicere autem homines et qui non didicerint. Ad cuius rei confirmationem adferunt, Demadem remigem, et Aeschinem hypocriten oratores fuisse.*" Proclus prolegom. ad Hesiod. 5. *Ὥσπερ καὶ ὁ Σωφρονίσκου Σωκράτης ὁ λιθοξόος, καὶ ὁ ἰχθυοπώλης Δημάδης, καὶ ὁ τῆς τυμπανιστρίας Αἰσχίνης.* Max. Planud. proleg. rhet. in Rhet. gr. ed. Walz. T. V. pag. 214. *Ἰστέον δέ, ὅτι πέντε εἰσὶ ῥητορικαί — πέμπτη ἡ κολακευτική, ἧς ἡγήσατο Δημάδης, ναύτης ὤν, ἐπιπηδήσας δὲ τῇ τέχνῃ, καὶ ἀλόγως αὐτὴν μετερχόμενος.* Syrian. ad Hermogen. init. *τὴν περὶ τῶν στάσεων πραγματείαν οἱ μὲν οὐδ' ὅλως ἠξίωσαν τέχνην, ὥσπερ τι-*

νὲς καὶ τὴν ὅλην ῥητορικὴν τέχνην οὐ βούλονται, ἀλλ' ἐμπειρίαν ἀπὸ τῆς τῶν μεταχειρισαμένων ἀπαιδευσίας ὡρμημένοι· οἷον Δημάδου τοῦ ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίπτοις τὸ τοῦ λόγου χερσὶν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσαντος, καὶ Ἡγήμονος καὶ Πυθέου καὶ Ἀριστογείτονος καὶ ἔτι τοῦ ἐπὶ τῶν χρόνων Εὐαγόρου τοῦ σοφιστοῦ[29]). Idem significare videtur Plutarch. Demosth. c. X. Πλὴν τόν γε Δημάδην πάντες ὡμολόγουν τῇ φύσει χρώμενον ἀνίκητον εἶναι καὶ παραφέρειν αὐτοσχεδιάζοντα τὰς τοῦ Δημοσθένους σκέψεις καὶ παρασκευάς. ubi verba τῇ φύσει sola ingenii felicitate, sine doctrinae adminiculis, explicem. Idem denique de se ipso declarat Demades apud Stobaeum ed. Gaisf. XXVI, 91. (Cf. Apophth. XIII.) ubi interrogatus quem habuisset magistrum, respondisse dicitur: βῆμα. indicaturus in reipublicae administrandae negotiis experientiam' quavis sophistarum institutione meliorem esse.

Quod si de Demadis origine primaque vitae instituendae ratione certi aliquid compertum habemus, omnino de adolescentiae, ne dicam totius fere vitae et cursu et fatis aut plane nihil aut perpauca eaque partim sibi repugnantia traduntur. Ac primis quidem adolescentiae annis pauperrimum se gravibus admodum vitam sustenta-

29) Vel ex codice Venet. τὴν — οὐ δόλως ἔφασαν εἶναι τέχνην, εἴγε καὶ τὴν ὅλην ῥητορικήν τινες ἐμπειρίαν ἀπεφήναντο, πρὸς τὴν τῶν μεταχειριζομένων δηλονότι ἀποβλέποντες ἀπαιδευσίαν, οἷος ἦν ὅ τε ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίπτοις ποσὶ κατὰ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσας Δημάδης, Ἡγήμων τε καὶ Πυθέας καὶ Ἀριστογείτων ὕθλων ἀλόγων συκοφαντίας βουλάς τε καὶ δικαστήρια ἐμπεπληκότες. Quid hoc proverbium significet, illustravit Apostol. Paroem. IIII, 17. ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα] ἐπὶ τῶν ἀπὸ χειρόνων εἰς κρείττονα μεταβιβασθέντων, ἢ ἀθρόως καὶ μεγίστοις ἐγχειρούντων. Idem recepit et explicavit Erasm. Adag. Chil. III. Centur. IIII, 86.

visse laboribus, testatur ipse in fragm. p. 488. ed. Bekk. τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτως ἔζων ὡς ἠδυνάμην — πειρώμενος δ' ἀεὶ τοῖς ἰδίοις πόνοις τὴν ἀσθένειαν τοῦ βίου διορθοῦσθαι. Postea autem ad munus nescio quod in republica administrandum designatus, quod quando acciderit, dicere nunc non habeo, ditissimus factus est. Cum autem propter veterum scriptorum negligentiam, quae de eo affirmem, tam pauca sint, ut vix quodnam administraverit munus, certo dici possit, quae de ipso illi commemoraverunt certa, ea primum singula, ratione temporum habita, exponere argumentisque comprobare, consentaneum videtur; quo facto alia minus certa adgrediens e prioribus confirmare conabor atque demonstrare.

Et primum quidem narrat Diodorus Siculus in pugna Chaeronensi Ol. CX, 3. a. C. 338. captum Demadem esse, eumque, cum vidisset Philippum bene potum cum amicis saltare per mediam captivorum turbam, quibus ob victoriam reportatam, maxima inflatus superbia, petulanter exprobrasset calamitatem, tam libere tantaque verborum audacia adlocutum esse, ut rex perturbatus simul et sermonis suavitate captus, arrogantia deposita, captivos omnes sine pretio dimitteret, bello consumtorum corpora sepulturae redderet, (Cf. Iustin. VIIII, 4.) reliquiasque funerum ad sepulcra maiorum deferri iuberet; legatos denique, (inter alios Alexandrum filium cum amico Antipatro Iustin. ib.) ad Athenienses legaret, qui pacem cum his amicitiamque iungerent. Diod. Sic. XVI, 87. Λέγουσι δέ τινες ὅτι καὶ παρὰ τὸν πότον πολὺν ἐμφορησάμενος ἄκρατον, καὶ μετὰ τῶν φίλων τὸν ἐπινίκιον ἄγων κῶμον, διὰ μέσων τῶν αἰχμαλώτων ἐβάδιζεν ὑβρίζων διὰ λόγων τὰς τῶν ἀκληρούντων δυστυχίας. Δημάδην δὲ τὸν ῥήτορα κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ὄντα χρήσασθαι παῤῥησίᾳ, καὶ λόγον ἀποφθέγξασθαι δυνάμενον ἀναστεῖλαι τὴν τοῦ βασιλέως

ἀσέλγειαν. φασὶ γὰρ εἰπεῖν αὐτόν, Βασιλεῦ, τῆς τύχης σοὶ περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου; τὸν δὲ Φίλιππον τῇ τῆς ἐπιπλήξεως εὐστοχίᾳ κινηθέντα τοσοῦτο μεταβαλεῖν τὴν ὅλην διάθεσιν ὥστε τοὺς μὲν στεφάνους ἀποῤῥῖψαι, τὰ δὲ συνακολουθοῦντα κατὰ τὸν κῶμον σύμβολα τῆς ὕβρεως ἀποτρίψασθαι, τὸν δ' ἄνδρα τὸν χρησάμενον τῇ παῤῥησίᾳ θαυμάσαι καὶ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπολύσαντα πρὸς ἑαυτὸν ἀναλαβεῖν ἐντίμως. τέλος δ' ὑπὸ τοῦ Δημάδου καθομιληθέντα ταῖς Ἀττικαῖς χάρισι πάντας ἀπολῦσαι τοὺς αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων. καθόλου δ' ἀποθέμενον τὴν ἐκ τῆς νίκης ὑπερηφανίαν πρέσβεις ἀποστεῖλαι πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ συνθέσθαι πρὸς αὐτοὺς φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν· εἰς δὲ τὰς Θήβας φρουρὰν ἐγκαταστήσαντα συγχωρῆσαι τὴν εἰρήνην τοῖς Βοιωτοῖς. Eadem memorat Demades ipse in fragm. ed. Bekk. 488, 9. addens praeterea se Oropum urbem quae antea pertinebat ad Thebanos, et tantas tamque diuturnas inter utrumque populum commoverat dissensiones, recuperavisse. δισχιλίους γὰρ αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων καὶ χίλια πολιτῶν σώματα χωρὶς κήρυκος καὶ τὸν Ὠρωπὸν ἄνευ πρεσβείας λαβὼν ὑμῖν ταῦτ' ἔγραψα[30]). Apsinae autem vix habebimus fidem, qui Art. Rhetor. p. 708. ex oratione Polyeucti contra Demadem fragmentum refert, quo quidem Demades scutum abiecisse dicitur, cum tamen Demosthenem scuto abiecto fugisse, Demadem in acie captum esse inter omnes scriptores constet. Hunc locum ad quem mihi mox infra recurrendum erit, hic describam. Τί γὰρ σχῆμα ἕξει; τὴν ἀσπίδα προβέβληται; ἀλλὰ ταύτην γε ἀπέβαλεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ περὶ Χαιρώνειαν. ἀλλὰ ἀκροστόλιον νεὼς ἕξει; ποίας; ἢ τῆς τοῦ πατρός; ἀλλὰ βιβλίον ἐν

30) Cf. Sext. Empiric. contra Grammat. I. p. 59.

ᾧ φάσεις καὶ εἰσαγγελίαι ἔσονται γεγραμμέναι; ἀλλὰ νὴ Δία στήσεται προσευχόμενος τοῖς θεοῖς, κακόνους ὢν τῇ πόλει, καὶ τὰ ἐναντία πᾶσιν ἡμῖν εὐχόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἐχθροῖς ὑπηρετῶν[31]). Cf. Apophth. II. III. et IIII.

Deinde tamquam vir maximi in rebus publicis momenti memoratur in loco quodam Plutarch. Phoc. c. XVI. Δημάδου δὲ γράψαντος ὅπως ἡ πόλις μετέχοι τῆς κοι-

31) Hunc locum elegantem imprimis, quamvis aliquot mendis deformatum, emendavit Reisk. hoc modo: τί γὰρ σχῆμα ἕξει; τὴν ἀσπίδα προβεβλήσεται; ἀλλὰ ταύτην γ᾽ ἀπέβαλεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ περὶ τὴν Χαιρώνειαν. ἀλλ᾽ ἀκροστόλιον νεὼς ἕξει; ποίας; ἢ τῆς τοῦ πατρός; ἀλλὰ βιβλίον; ἐν ᾧ φάσεις καὶ εἰσαγγελίαι ἔσονται γεγραμμέναι. ἀλλὰ νὴ Δία στήσεται προσευχόμενος τοῖς θεοῖς; κακόνους ὢν τῇ πόλει, καὶ τὰ ἐναντία πᾶσιν ἡμῖν εὐχόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἐχθροῖς ὑπηρετῶν. Quae ita vertit idem et illustravit. „*Ecquam formam, quem habitum referet eius statua? num scutum proiectum ante se tenebit? atqui scutum certe abiecit in pugna ad Chaeroneam. at rostra certe navis tenebit? at cuius? num eius, quae, patre ipsius eam cum imperio trierarchi regente, capta fuit ab hostibus? at codicem certe tamen tenebit?* Recte ais. Codicem tenebit utique. Sed quem? *eum nempe in quo perscriptae erunt eius delationes et indicinae*, quadruplatore, quam viro honesto, digniores. *At profecto tamen, ita me Iupiter amet, referet eius statua habitum sublatis ad coelum manibus deos orantis?* Illene deos oret pro salute patriae? *qui tanto odio, tanta malignitate erga rempublicam ardeat? et quae nostrum cuique inimica atque pestifera sunt, ea deos flagitet.* Non ita stabit, *sed famulans hostibus.*“ Ego quidem, quamquam huic Reisk. interpretationi album adiiciam calculum, ea tamen quae ipse de patris nave dixit, non reprehendere non possum. Auctorem enim verbis ἀλλ᾽ ἀκροστόλιον νεὼς ἕξει; ποίας; ἢ τῆς τοῦ πατρός; infimam Demadis originem, nec quicquam aliud spectavisse, ex iis apparet quae antea de Demadis patre et genere dixi; unde enim scit Reisk. Demadis patrem trierarchum fuisse, eiusque navem ab hostibus captam esse?

νῆς εἰρήνης καὶ τοῦ συνεδρίου τοῖς Ἕλλησιν, οὐκ εἴα (Φωκίων) πρὸ τοῦ γνῶναι, τίνα Φίλιππος αὐτῷ γενέσθαι παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἀξιώσει. Quae ut ad Ol. CX, 4. a. C. 337. referam, quo Philippus compositis in Graecia rebus, omnium civitatium legatos ad ordinandum rerum praesentium statum convocari Corinthum iussit, haec maxime quae addit Plutarch. me adduxerunt: κρατηθεὶς δέ, inquit, τῇ γνώμῃ διὰ τὸν καιρόν, ὡς εὐθὺς ἑώρα τοὺς Ἀθηναίους μεταμελομένους, ὅτι καὶ τριήρεις ἔδει παρέχειν τῷ Φιλλίππῳ καὶ ἱππεῖς, „—" Φιλίππου δ' ἀποθανόντος κ. τ. λ. Auxilia enim quae in singulas civitates describebantur, sive defenderet rex, sive inferret bellum, tanta fuere, ut non iam dubium esse posset, quin Persarum imperium his apparatibus peteretur. Summam auxiliorum ducenta millia peditum fuisse, et equitum quindecim millia narrat Iust. VIIII, 5. Ad hanc summam accedebat et Macedoniae exercitus, et bello subacta confinium barbarorum multitudo. Paulo post vero a Pausania nobili ex Macedonibus adolescente per insidias obtruncatus est, ita ut inchoatum a patre et praeparatum Persicum bellum adgrederetur Alexander; vid. inter alios Iustin. VIIII, 6. cf. Diod. Sic. XVI, 89. Plutarch. Phoc. XVI.

Praeterea legatum ad Alexandrum missum esse narrat Diod. Sic. XVII, 15. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὰς Ἀθήνας ἐξαπέστειλε (Ἀλέξανδρος) τοὺς ἐξαιτήσοντας τῶν ῥητόρων δέκα τοὺς κατ' αὐτοῦ πεπολιτευμένους, ὧν ὑπῆρχον ἐπιφανέστατοι Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος. συναχθείσης οὖν ἐκκλησίας, καὶ τῶν πρεσβευτῶν εἰσαχθέντων εἰς τὸ πλῆθος, ὁ μὲν δῆμος ἀκούσας τῶν λόγων εἰς πολλὴν ἀγωνίαν καὶ ἀπορίαν ἐνέπεσε. ἅμα μὲν γὰρ ἔσπευδε τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα τηρεῖν, ἅμα δὲ διὰ τὴν Θηβαίων ἀπώλειαν ἐκπεπληγμένος τὸ δεινὸν περίφοβος καθειστήκει, νουθετούμενος

τοῖς τῶν πλησιοχώρων ἀτυχήμασι. πολλῶν δὲ λόγων γινομένων κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, Φωκίων μὲν ὁ χρηστός, ἀντιπολιτευόμενος τοῖς περὶ τὸν Δημοσθένην, ἔφη δεῖν τοὺς ἐξαιτουμένους μιμήσασθαι τὰς Λεὼ κόρας καὶ τὰς Υακινθίδας, καὶ τὸν θάνατον ἑκουσίως ὑπομεῖναι ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἀνήκεστον παθεῖν τὴν πατρίδα, καὶ τὴν ἀνανδρίαν καὶ δειλίαν ὠνείδιζε τῶν μὴ βουλομένων ὑπὲρ τῆς πόλεως τελευτᾶν· ὁ δὲ δῆμος τοῦτον μὲν τοῖς θορύβοις ἐξέβαλε, προσάντως ἀκούων τοὺς λόγους. Δημοσθένους δὲ λόγον πεφροντισμένον διελθόντος ὁ δῆμος εἰς συμπάθειαν τῶν ἀνδρῶν προαχθεὶς φανερὸς ἦν σώζειν βουλόμενος τοὺς ἄνδρας. ἐπὶ τελευτῆς δὲ Δημάδης, πεπεισμένος ὑπὸ τῶν περὶ Δημοσθένην, ὥς φασι, πέντε ταλάντοις ἀργυρίου, συνεβούλευε μὲν σώζειν τοὺς κινδυνεύοντας, παρανέγνω δὲ ψήφισμα γεγραμμένον φιλοτέχνως. περιεῖχε γὰρ παραίτησιν τῶν ἀνδρῶν καὶ ἐπαγγελίαν τοῦ κολάζειν κατὰ τοὺς νόμους, ἂν ὦσιν ἄξιοι τιμωρίας. ὁ μὲν οὖν δῆμος ἀποδεξάμενος τὴν ἐπίνοιαν τοῦ Δημάδου τό τε ψήφισμα ἐκύρωσε, καὶ τὸν Δημάδην μεθ' ἑτέρων ἀπέστειλε πρεσβευτὴν πρὸς τὸν βασιλέα, δοὺς ἐντολὴν καὶ περὶ τῶν Θηβαίων φυγάδων ἀξιῶσαι τὸν Ἀλέξανδρον συγχωρῆσαι τῷ δήμῳ τοὺς πεφευγότας Θηβαίους ὑποδέχεσθαι. ὁ δὲ Δημάδης πρεσβεύσας, καὶ τῇ τοῦ λόγου δεινότητι πάντα κατεργασάμενος, ἔπεισε τὸν Ἀλέξανδρον ἀπολῦσαι τοὺς ἄνδρας τῶν ἐγκλημάτων καὶ τἄλλα πάντα συγχωρῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις. Hoc confirmat Plutarch. Demosth. c. XXIII. Βουλευομένων δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ διαπορούντων ὁ Δημάδης λαβὼν πέντε τάλαντα παρὰ τῶν ἀνδρῶν ὡμολόγησε πρεσβεύσειν καὶ δεήσεσθαι τοῦ βασιλέως ὑπὲρ αὐτῶν, εἴτε τῇ φιλίᾳ πιστεύων, εἴτε προσδοκῶν μεστὸν εὑρήσειν ὥσπερ λέοντα φόνου κεκορεσμένον. Ἔπεισε δ' οὖν καὶ παρῃτήσατο τοὺς ἄνδρας ὁ Δημάδης καὶ διήλλαξεν αὐτῷ τὴν πόλιν. Ἀπελθόν-

τος δ' Ἀλεξάνδρου μεγάλοι μὲν ἦσαν οὗτοι, ταπεινὰ δ' ἔπραττεν ὁ Δημοσθένης. Quae quin ad Ol. CXI, 2. a. C. 335. referenda sint, nulla, ut opinor, potest esse dubitatio; quo quidem tempore cum Athenienses et Thebani ab Alexandro ad Persas defecissent, auctore eius defectionis magno auri pondere a Persis corrupto Demosthene[32]), Thebanorum quidem urbem diruit rex Macedonum, agros inter victores distribuit, captivos sub corona vendidit, quibus tamen Athenienses misericordia moti portas suas contra interdictum regis aperuere; Athenienses vero, quos defectionis poenitere coeperat[33]), contemptu hostis in admirationem verso, legatos ad ipsum miserunt, qui, ut rex bellum remitteret, ea tantum condicione impetraverunt, ut oratores quorum fiducia totiens rebellavissent, sibi dederentur, ut testatur praeter Diod. et Plutarch. ll. cc. Arrian. de exped. Alex. 1, 10, 7[34]). Quae cum Athenis cognita essent, oratores quorum praestantissimi Demosthenes et Lycurgus erant, metu perterriti, Demadem, qui sibi multo antea Macedonum conciliaverat gratiam, omnibus precibus orarunt, ut ipse ad Alexandrum profectus eius iram flectere tentaret; Demades, acceptis

---

32) Diod. Sic. XVII, 4. πολλὰ γὰρ χρήματά φασιν αὐτὸν εἰληφέναι παρὰ Περσῶν, ἵνα πολιτεύηται κατὰ Μακεδόνων.

33) Diod. Sic. XVII, 8. Ἀθηναῖοι δ' ἐψηφίσαντο μὲν βοηθεῖν τοῖς Θηβαίοις, πεισθέντες δ' ὑπὸ Δημοσθένους, οὐ μέντοιγε τὴν δύναμιν ἐξέπεμψαν.

34) ἐξήτει τοὺς ἀμφὶ Δημοσθένην καὶ Λυκοῦργον, καὶ Ὑπερίδην δὲ καὶ ἐξήτει καὶ Πολύευκτον καὶ Χάρητα καὶ Χαρίδημον καὶ Ἐφιάλτην καὶ Διότιμον καὶ Μοιροκλέα. Plutarch. Demosth. c. XXIII. Εὐθὺς δ' ὁ Ἀλέξανδρος ἐξήτει πέμπων τῶν δημαγωγῶν δέκα μέν, ὡς Ἰδομενεὺς καὶ Δοῦρις εἰρήκασιν, ὀκτὼ δ', ὡς οἱ πλεῖστοι καὶ δοκιμώτατοι τῶν συγγραφέων, τούσδε, Δημοσθένην, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Λυκοῦργον, Μοιροκλέα, Δήμωνα, Καλλισθένην, Χαρίδημον. Cf. Maussac. adnotat. ad Harpocrat. lexic. pag. 30. l. 20.

quinque talentis, libenter illis indulsit, regique orationis vi ac gravitate persuasit, ut non solum oratores poena liberaret, sed etiam aliis quibusdam Atheniensium petitionibus morem gereret. Eadem fere memorat Demades ipse in fragm. p. 489. ἤκμαζον δὲ τοῖς σώμασιν οἱ Μακεδόνες, οὓς ἤδη ταῖς ἐλπίσιν ἐπὶ τὰ σκῆπτρα καὶ τοὺς Περσῶν θησαυροὺς ἡ τύχη διεβίβαζεν. ἐνταῦθ' ὁμοίως Δημοσθένης μὲν ἐκύρωσε πόλεμον, καλὴν μὲν τοῖς ὀνόμασιν, οὐ σωτήριον δὲ τοῖς ἔργοις συμβουλίαν εἰσηγησάμενος τοῖς πολίταις· ὡς δὲ πλησίον ἔστη τῆς Ἀττικῆς, ἡ χώρα δὲ εἰς τὴν πόλιν κατεκλείετο, καὶ τὸ περιμάχητον καὶ θαυμαζόμενον ὑπὸ πάντων ἄστυ βοῶν καὶ προβάτων ὥσπερ ἔπαυλις καὶ τῶν βοσκημάτων ἐπληροῦτο, βοηθείας δ' οὐδαμόθεν ἦν ἐλπίς, ἔγραψα τὴν εἰρήνην.

Item Demadés postea reperitur in Plutarch. lib. praec. reip. ger. C. XXV. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ μετάγειν ἐπ' ἄλλα χρειώδη τὸ σπουδαζόμενον, ὡς ἐποίησε Δημάδης, ὅτε τὰς προσόδους εἶχεν ὑφ' ἑαυτῷ τῆς πόλεως· ὡρμημένων γὰρ ἐκπέμπειν τριήρεις βοηθοὺς τοῖς ἀφισταμένοις Ἀλεξάνδρου καὶ χρήματα κελευόντων παρέχειν ἐκεῖνον· Ἔστιν ὑμῖν ἔφη χρήματα· παρεσκευασάμην γὰρ εἰς τοὺς χόας, ὥσθ' ἕκαστον ὑμῶν λαβεῖν ἡμιμναῖον· εἰ δ' εἰς ταῦτα βούλεσθε μᾶλλον, αὐτοὶ καταχρῆσθε τοῖς ἰδίοις. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον, ὅπως μὴ στεροῖντο τῆς διανομῆς, ἀφέντων τὸν ἀπόστολον, ἔλυσε τὸ πρὸς Ἀλέξανδρον ἔγκλημα τοῦ δήμου. De hoc loco egit Boeckh. vir illustrissimus in lib. *Staatshaushaltung der Athener.* T. II. p. 246. eumque censuit idem sagacitate illa qua excellit ad Ol. CXII, 2. a. C. 331. esse referendum, quo tempore quid acciderit, narravit Diod. Sic. XVII, (falso enim l. c. legitur XX.) 62. et more suo perperam ad Ol. CXII, 3. retulit. Verba eius haec sunt: Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀριστοφῶντος ἐν Ῥώμῃ διεδέξαντο τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν Γάϊος Δομέτιος καὶ Αὖλος

Κορνήλιος. ἐπὶ δὲ τούτων εἰς τὴν Ἑλλάδα τῆς περὶ Ἄρβηλα μάχης διαδοθείσης πολλαὶ τῶν πόλεων, ὑφορώμεναι τὴν αὔξησιν τῶν Μακεδόνων, ἔγνωσαν ἕως ἔτι τὰ Περσῶν πράγματα διαμένοι τῆς ἐλευθερίας ἀντέχεσθαι. — τούτου δὲ περὶ ταῦτ' ὄντος, οἱ Λακεδαιμόνιοι καιρὸν ἔχειν ὑπολαβόντες τοῦ παρασκευάσασθαι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, παρεκάλουν τοὺς Ἕλληνας συμφρονῆσαι περὶ τῆς ἐλευθερίας. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν, παρὰ πάντας τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ὑπ' Ἀλεξάνδρου προτιμώμενοι, τὴν ἡσυχίαν ἦγον. Qui loci et Plutarchi et Diodori quam bene inter se conveniant, nemo est quin intelligat. De munere autem quod Demades eo temporis administravit in republica, aperuit eximius ille omnis antiquitatis interpres sententiam, in quam cum ire nequeam, causas, cur ab ea discedendum esse putem, qua decet verecundia, nunc exponam. Contendit enim Boeckh. lib. c. T. I. p. 182.[35]) Demadem non ταμίαν vel ἐπιμελητὴν τῆς κοινῆς προσόδου vel τῶν κοινῶν προσόδων (cf. Plutarch. Aristid. IIII.) uti e verbis Plutarchi supra adlatis coniicias, sed ἐπὶ τῶν θεωρικῶν τεταγμένον fuisse. Ex orationis autem fragmento περὶ τῆς δωδεκαετίας, quae utrum a Demade an ab alio scripta sit, parum, opinor, interest, cum res tantum quae in ea narrantur, nunc respicere velim; eadem usus ratione, qua Platonicae epistolae, quamquam dudum ab omnibus subditiciae habentur, pro certo tamen rerum traditarum fonte valent; et vero facta, quae in eo Demadis fragmento continentur, cum iis, quae ab aliis auctoribus tradita sunt, mirifice convenire, et iam antea ipse demonstravi (cf. pag. 22. 24. 29.), et postea etiam demonstrare studebo; ex eius igitur orationis fragmento patet duodecim per annos munus aliquod in republica administravisse Demadem. Horum

---

35) Cf. Corp. inscript. gr. T. I. p. 250 sq.

odecim annorum sit finis ante causam Harpalicam Ol. XIII, 4. necesse est (cf. Boeckh. *Staatshaushaltung der thener* II, 244.), vel Ol. CXIIII, 1. (cf. Clinton. fast. ellen. p. 171. ed. Krueger.), quoniam in hac causa Deades damnatus est. vid. Dinarch. in Aristog. p. 182. ed. ekk. *Δημάδῃ καὶ Δημοσθένει οὐδεμίαν ᾤεσθε δεῖν υγγνώμην ἔχειν — ἀλλ' ἐτιμωρήσασθε.* Praeterea autem necesse est paulo ante vel post pugnam Chaeronenem Ol. CX, 3. anni illi inceperint: Demad. fragm. p. 488. *νταῦθα ἐπιστὰς τοῖς πράγμασιν ἔγραψα τὴν εἰρήνην.*[86]) *μολογῶ. ἔγραψα καὶ Φιλίππῳ τιμάς, οὐκ ἀρνοῦμαι. ισχιλίους γὰρ αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων καὶ χίλια ολιτῶν σώματα χωρὶς κήρυκος καὶ τὸν Ὠρωπὸν ἄνευ ρεσβείας λαβὼν ὑμῖν ἔγραψα.* Quod alii quoque autores tacite confirmant, cum ante hoc tempus nihil de eo adiderint. Iam igitur munus inierat, cum Philippum ommovit, ut captivos Athenienses dimitteret, quod circa nitium, forsitan mensem tertium vel quartum Ol. CX, . necessario factum esse patet e locis collatis Diodori et Demad. fragmenti, quorum alterum pag. 23. alterum paulo nte adscripsi, cum pugna Chaeronensis septimo die mensis Metagitnionis commissa sit secundum Plut. Camill. XVIIII.[87]), ita ut necesse sit inde ab initio Ol. CX. 3. sque ad initium Ol. CXIII, 3. Demadem munere functum esse. Quod enim dicit Wachsmuth. *Hellenische*

---

86) Cum quo consentit Demosth. de coron. p. 288. *Χειροτονῶν γὰρ ὁ δῆμος τὸν ἐροῦντ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι παρ' αὐτὰ τὰ συμβάντα οὐ σὲ (Αἰσχίνην) ἐχειροτόνησε προβληθέντα, καίπερ εὔφωνον ὄντα, οὐδὲ Δημάδην, ἄρτι πεποιηκότα τὴν εἰρήνην, οὐδ' Ἡγήμονα, οὐδ' ἄλλον ὑμῶν οὐδένα, ἀλλ' ἐμέ.*

87) *ὁ Μεταγειτνιὼν ὃν Βοιωτοὶ Πανεμὸν καλοῦσιν, Ἕλλησιν οὐκ εὐμενὴς γέγονε. τούτου γὰρ τοῦ μηνὸς ἑβδόμῃ καὶ τὴν ἐν Κραννῶνι μάχην ἡττηθέντες ὑπ' Ἀντιπάτρου τελέως ἀπώλοντο, καὶ πρότερον ἐν Χαιρωνείᾳ μαχόμενοι πρὸς Φίλιππον ἠτύχησαν.*

Alterthumskunde T. I. Abth. 2. p. 367: Die höhe der demagogie erreichte er erst in Antipaters zeit nec verum est, nec omnino ullo potest auctorum veterum demonstrari testimonio; ceterum infra demonstrabimus eum sub Antipatro quamquam non parva at non maiore tamen quam Philippo et Alexandro regnantibus gavisum esse potentia. Quanta autem fuerit Athenis Demadis potentia et vis, multi tradunt auctores: Plutarch. Phoc. init. *Δημάδης ὁ ῥήτωρ, ἰσχύων μὲν ἐν ταῖς Ἀθήναις.* Dinarch. c. Demosth. p. 150. *καὶ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς οὔτε τὴν Δημοσθένους, οὔτε τὴν Δημάδου δύναμιν ὑποστειλαμένης.* Aelian. V. H. XII, 43. *Ὑπερβόλου δέ, καὶ Κλεοφῶντος, καὶ Δημάδου καίτοι προστατῶν γενομένων τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων.* Tantam autem consequi potentiam quomodo potuisset Demades, non facile intelligi potest, si id tantum quod contendit Boeckh. administravisset munus, cum, praeterquam quod *οἱ ἐπὶ τῶν θεωρικῶν τεταγμένοι* decem numero essent, eorum potentiam iam circa hoc ipsum tempus admodum deminutam esse, verisimile sit. cf. *Staatshaushaltung der Athener* T. I. p. 197. Praeterea e Diod. Sic. XVI, 88. *οἱ δ' Ἀθηναῖοι μετὰ τὴν ἧτταν Λυσικλέους μὲν τοῦ στρατηγοῦ θάνατον κατέγνωσαν Λυκούργου τοῦ ῥήτορος κατηγορήσαντος. οὗτος γὰρ τῶν τότε ῥητόρων μέγιστον ἔχων ἀξίωμα, καὶ δώδεκα μὲν ἔτη τὰς προσόδους τῆς πόλεως διοικήσας ἐπαινουμένως, βίον δ' ἐζηλωκὼς ἐπ' ἀρετῇ περιβόητον, πικρότατος ἦν ἐν τοῖς λόγοις κατήγορος* certo affirmari posse videtur Lycurgum a quo provinciam *ἐπιμελητοῦ τῶν κοινῶν προσόδων* hoc tempore administratam esse coniecit Boeckh. (cf. T. II. p. 245 sqq.) iam ante pugnam Chaeronensem munus suum abdicasse; quamquam in his rebus Diodoro non temere fides habenda est, ut monet ipse T. I. p. 468. *Wann diese* (des Lycurgus) *verwaltung anfing und*

afhörte, wissen wir zwar nicht, und Diodor, *wenn von derselben bei gelegenheit der schlacht bei Chaeronea als vergangen spricht, kann dafür kein vollgültiger zeuge seyn, da er eben nur bei diesem anlafs anbringen wollte, dafs* Lycurg *durch sein finanzamt sich ausgezeichnet hätte.* Denique Plutarchus maximae incusandus esset negligentiae, quippe qui, cum haud dubie illa diversa munera cognovisset, tam ambigua tamen et ancipiti usus esset locutione. His causis adductus sum ut Demadem, quemadmodum Plutarchus refert, *ταμίαν τῆς κοινῆς προσόδου* fuisse statuam; munus iniit suum paulo post pugnam Chaeronensem Ol. CX, 3 tertio enim cuiusque Olympiadis anno, et quidem priore anni dimidio illi *ταμίαι* suum inire solebant munus, demonstravit Boeckh. T. II. p. 250., neque multo post captivos liberavit. In hoc munus quod haud dubie maioris erat momenti quam *τετάγμένων ἐπὶ τῶν θεωρικῶν* optime quadrant verba quae Demades de se ipso dicit in fragm. *ἐπιστὰς τοῖς πράγμασιν;* quae quidem, si is Ol. CX, 3. unus *τῶν ἐπὶ τῶν θεωρικῶν τεταγμένων* fuisset, parum apta viderentur.

Postea annis pluribus interiectis ingentes illas attigit pecunias, quas Harpalus[88] Alexandri Satrapes profusissimus ex Asia contulisse dicitur Athenas, ut memorat Dinarch. c. Demosth. p. 171. *Ἔγραψεν αὐτὸς ἐν τῷ δήμῳ Δημοσθένης, ὡς δηλονότι δικαίου τοῦ πράγματος ὄντος, φυλάττειν Ἀλεξάνδρῳ τὰ εἰς τὴν Ἀττικὴν ἀφικόμενα μετὰ Ἁρπάλου χρήματα. οὕτως οὖν, ὦ πιστε, εἰπέ μοι, φυλάξομεν, ἐὰν σὺ μὲν εἴκοσι τάλαντα*

88) De Harpalo cf. Iustin. XIII, 5, 9. ibique interpp. Diod. Sic. XVII, 108. Plutarch. vit. decem oratt. p. 264. ed. Tubing. Boeckh. *Staatshaushaltung der Athener* I, 12. Athen. VI, 47. XIII, 67. Plut. Phoc. c. XXI. id. Demosth. c. XXV. et XXVI.

λαβὼν ἔχῃς ἴδια, ἕτερος δὲ πεντεκαίδεκα, Δημάδης δὲ ἑξακισχιλίους χρυσοῦ στατῆρας, ἕτεροι δὲ ὅσα δή ποτε ἀποπεφασμένοι εἰσί; et p. 159. *πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, οἴεσθε — τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν Δημοσθένην καὶ Δημάδην καὶ Κηφισοφῶντα ζητήσασαν ἐξ μῆνας ἀδίκως εἰς ὑμᾶς πεποιῆσθαι τὰς ἀποφάσεις;* quod ad Ol. CXIII, 4. a. C. 325. referri debet, cum causam Harpalicam hoc ipso tempore iudicatam esse inter omnes doctos constet. Cf. Boeckh. *Staatshaushaltung der Athener* II, 244. qui Demosthenem iam Ol. CXIII, 4. in exsilio vixisse dicit. Westermann. *Geschichte der Griechischen Beredsamkeit* p. 105. Ol. CXIIII, 1. hanc causam fuisse dicit Clinton. fast. Hellen. p. 171. ed. Krueg. In eadem damnatum esse Demadem antea dixi pag. 31.

Dehinc, tum Athenienses, Antipatro adventante, in extremum adducerentur metum, nescii quidem quemnam e civibus suis eligerent, qui imminentem a se averteret calamitatem, Demadi *ἐπιτιμίαν* consecuto, summa delata est potestas, ut cum Antipatro de conditionibus pacis transigeret. Plut. Phoc. c. XXVI. *Ὀλίγῳ δ' ὕστερον χρόνῳ Κρατέρου διαβάντος ἐξ Ἀσίας μετὰ πολλῆς δυνάμεως, καὶ γενομένης πάλιν ἐν Κρανῶνι παρατάξεως, ἡττήθησαν μὲν οἱ Ἕλληνες, οὔτε μεγάλην ἧτταν, οὔτε πολλῶν πεσόντων· ἀπειθείᾳ δὲ πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ἐπιεικεῖς καὶ νέους ὄντας, καὶ ἅμα τὰς πόλεις αὐτῶν πειρῶντος Ἀντιπάτρου, διαῤῥυέντες, αἴσχιστα προήκαντο τὴν ἐλευθερίαν. Εὐθὺς οὖν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἄγοντος τοῦ Ἀντιπάτρου τὴν δύναμιν, οἱ μὲν περὶ Δημοσθένην καὶ Ὑπερίδην ἀπηλλάγησαν ἐκ τῆς πόλεως· Δημάδης δέ, μηθὲν μέρος ὧν ὤφειλε χρημάτων ἐπὶ ταῖς καταδίκαις ἐκτῖσαι τῇ πόλει δυνάμενος (ἡλώκει γὰρ ἑπτὰ γραφὰς παρανόμων) καὶ γεγονὼς ἄτιμος ἐξείργετο τοῦ λέγειν· ἄδειαν δ' εὑρόμενος τότε, γράφει ψήφισμα, καὶ πέμπει πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ εἰρήνης πρέ-*

σβεις αὐτοκράτορας. Ipsum ad Antipatrum una cum Phocione aliisque nonnullis legatum fuisse dicit Diod. Sic. XVIII, 18. Ἀντίπατρος δὲ διὰ ταύτης τῆς στρατηγίας διαλύσας τὸ σύστημα τῶν Ἑλλήνων, ἤγαγε τὴν δύναμιν πᾶσαν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. ὁ δὲ δῆμος ἐρημωθεὶς τῆς τῶν συμμάχων βοηθείας ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ καθειστήκει· πάντων δὲ καταφερομένων ἐπὶ τὸν Δημάδην, καὶ βοώντων τοῦτον ἐκπέμπειν πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, οὗτος μὲν καλούμενος σύμβουλος οὐχ ὑπήκουσεν. ἦν γὰρ τρὶς ἡλωκὼς παρανόμων, καὶ διὰ τοῦτο γεγονὼς ἄτιμος καὶ κωλυόμενος ὑπὸ τῶν νόμων συμβουλεύειν· ἀπολαβὼν δὲ τὴν ἐπιτιμίαν ὑπὸ τοῦ δήμου, παραχρῆμα ἐξεπέμφθη πρεσβευτὴς μετὰ Φωκίωνος καὶ τινων ἑτέρων. τοῦ δ' Ἀντιπάτρου διακούσαντος τῶν λόγων, καὶ δόντος ἀπόκρισιν ὡς ἄλλως οὐ μὴ συλλύσηται τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον, ἐὰν μὴ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέψωσιν αὐτῷ· καὶ γὰρ ἐκείνους συγκλείσαντας εἰς Λαμίαν τὸν Ἀντίπατρον τὰς αὐτὰς ἀποκρίσεις πεποιῆσθαι πρεσβεύσαντος αὐτοῦ περὶ τῆς εἰρήνης· ὁ δὲ δῆμος, οὐκ ὢν ἀξιόμαχος, ἠναγκάσθη τὴν ἐπιτροπὴν καὶ τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν Ἀντιπάτρῳ δοῦναι περὶ τῆς πόλεως. Quod ad prius dimidium Ol. CXIIII, 3. a. C. 332. referendum esse per se patet, cum pugnam ad Cranonem septimo die mensis Metagitnionis commissam esse testetur Plutarchus Camill. c. XVIIII. (cf. adn. 37.) id. Dem. c. XXVIII. Μεταγειτνιῶνος μὲν ἡ περὶ Κρανῶνα μάχη συνέπεσε, menseque sequenti praesidium Macedonum Munychiam occupavisse. ib. Βοηδρομιῶνος παρῆλθεν εἰς Μουνυχίαν ἡ φρουρά. id. Phoc. c. XXVIII. εἰκάδι γὰρ ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη μυστηρίων ὄντων. Praeterea e verbis Plutarchi supra allatis εὐθὺς οὖν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἄγοντος τοῦ Ἀντιπάτρου τὴν δύναμιν idem potest intelligi. Eundem se in hac re tanquam proditorem patriae praestitisse,

quippe qui Antipatrum commoverit, ut praesidium Macedonicum in Munychia collocaret, refert Pausanias VII, 10, ἐπεὶ δὲ τὸ ἐν Λαμίᾳ πταῖσμα ἐγένετο Ἕλλησιν, Ἀντιπατρος μὲν, ἅτε διαβῆναι ποιούμενος σπουδὴν πρὸς τὸν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεμον, ἐβούλετο εἰρήνην ἐν τάχει καθίστασθαι, καί οἱ διέφερεν οὐδὲν εἰ Ἀθήνας τε ἐλευθέραν καὶ τὴν πᾶσαν Ἑλλάδα ἀφήσει. Δημάδης δὲ καὶ ὅσον προδοτῶν Ἀθήνησιν ἄλλο ἦν, ἀναπείθουσιν Ἀντίπατρον μηδὲν ἐς Ἕλληνας φρονῆσαι φιλάνθρωπον, ἐκφοβήσαντες δὲ Ἀθηναίων τὸν δῆμον ἔς τε Ἀθήνας καὶ πόλεων τῶν ἄλλων τὰς πολλὰς ἐγένοντο αἴτιοι Μακεδόνων ἐσαχθῆναι φρουράς. Cui assentitur Corn. Nep. Phoc. II. dolens simul quod cum eo Phocio consensisset, eiusque consilio Demosthenem plebiscito expulisset in exsilium. „*Idem* (Phocio) *cum prope ad annum octogesimum prospera pervenisset fortuna; extremis temporibus magnum in odium pervenit suorum civium. Primo, quod cum Demade de urbe tradenda Antipatro consenserat, eiusque consilio Demosthenes cum ceteris, qui bene de republica meriti existimabantur, populiscito in exsilium erant expulsi.*“

Tantum autem abfuit ut satis haberet eiecisse ex urbe Demosthenem, ut ad ipsius Hyperidisque caedem multum contulisse dicatur. Arrian. in Photii Biblioth. p. 69. l. 37 b. ed. Bekk. ἐκεῖ δὲ (ἐν Αἰγίνῃ) διαγόντων θάνατον αὐτῶν (τῶν ἀμφὶ Δημοσθένην καὶ Ὑπερείδην) κατέγνω τὸ Ἀθηναίων πλῆθος εἰπόντος Δημάδου, καὶ Ἀντίπατρος εἰς ἔργον ἤγαγε τὸ ψήφισμα. Plutarch. Demosth. c. XXVIII. ὡς Ἀντίπατρος καὶ Κράτερος ἠγγέλλοντο προσιόντες ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, οἱ μὲν περὶ τὸν Δημοσθένη φθάσαντες ὑπεξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως, ὁ δὲ δῆμος αὐτῶν θάνατον κατέγνω Δημάδου γράψαντος. quod accidisse Ol. CXIIII. 3. a. C. 322. duo-

ms circiter mensibus postquam Antipater praesidium in Lunychia collocaverat, nulla eget demonstratione [9]). Neme vero Demades Demostheni tantum et Hyperidi auctor mortis exstitit, sed multorum etiam oratorum, qui hoc so tempore Antipatri iussu indigne excruciati sunt, ut fert Tzetzes Chiliad. VI. 173.

ὡς τέθνηκε δ' Ἀλέξανδρος, ἦρξαν δὲ Μακεδόνων
Ἀντίπατρος καὶ Κάσσανδρος, οὔπω δὲ Δημοσθένης,
οὐδὲ οἱ ἄλλοι ῥήτορες δεδώκασι τὴν δίκην,
Ἀρχίας ὁ Βουραῖος μὲν ἐκ πάσης τῆς Ἑλλάδος
σταλεὶς ἀνεῖλε ῥήτορας εἰς ἀριθμὸν ἀπείρους.
Δημάδου δὲ αἰτήσαντος οἱ Ἀθηναίων μόνοι
ῥήτορες ἀπετμήθησαν τὰς γλώσσας ἐν Ἀθήναις,
νόμῳ καὶ ψήφῳ Ἀττικῶν οὕτω πως δικασάντων.

Denique Demades legatus missus est, Phocione in Macedoniam proficisci recusante [cf. Plut. Phoc. c. XXX. [10])], ui impetraret ab Antipatro ut praesidium e Munychia bduceret. Quo cum venisset, Cassander Antipatri filius, apertis literis ad Antigonum scriptis, quibus eum Demades, contumeliose seni et amico Antipatro insultans, invitaverat ad invadendam Graeciam quae ex vetere et marcido stamine suspensa esset, eum una cum lio trucidari iussit. Plutarch. Phoc. c. XXX. *Μεταβάντες οὖν Δημάδην παρεκάλουν. Ὁ δὲ προθύμως ὑπέστη, καὶ τὸν υἱὸν ἔχων ἀπῆρεν εἰς Μακεδονίαν, ὑπὸ δαί-*

9) Cf. Strab. VIII. p. 542. ed. Falcon. Plut. Demosth. c. XXVIII sq. Vit. decem oratt. p. 846 sq. Pausan. I, 8, 3. Lucian. encom. Demosth. 43 sqq. Phot. Biblioth. p. 494 sq. Zosim. vit. p. 151. Anon. vit. p. 159.

0) *Ἐνοχλούντων δὲ τῷ Φωκίωνι τῶν Ἀθηναίων, ὅπως ἀπαλλάξῃ τὴν φρουρὰν πείσας τὸν Ἀντίπατρον, εἴτε μὴ προσδοκῶν πείσειν, εἴτε μᾶλλον ὁρῶν σωφρονοῦντα τὸν δῆμον, καὶ πολιτευόμενον εὐτάκτως διὰ τὸν φόβον, ἐκείνην μὲν ἀεὶ διωθεῖτο τὴν πρεσβείαν, τὰ δὲ χρήματα μὴ πράττειν, ἀλλὰ μέλλειν καὶ ἀναβάλλεσθαι τὸν Ἀντίπατρον ἔπεισε.*

μονὸς τινος, ὡς ἔοικεν, εἰς τοῦτο καιροῦ κομισθείς, ἐν ᾧ κατείχετο μὲν Ἀντίπατρος ἤδη νόσῳ, Κάσσανδρος δὲ τῶν πραγμάτων ἐγκρατὴς γεγονώς, εὗρεν ἐπιστολὴν Δημάδου γεγραμμένην πρὸς Ἀντίγονον εἰς Ἀσίαν, παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπιφανῆναι τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν ἐκ παλαιοῦ καὶ σαπροῦ κρεμαμένοις στήμονος, τὸν Ἀντίπατρον οὕτω σκώψαντος· ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ἀφιγμένον ὁ Κάσσανδρος, συνέλαβε, καὶ πρῶτα μὲν τὸν υἱὸν ἐγγὺς προσαγαγὼν προέσφαξεν, ὥστε καταδέξασθαι τοῖς κόλποις τὸ αἷμα τὸν πατέρα, καὶ καταπλησθῆναι τοῦ φόνου, μετὰ ταῦτα δ' εἰς ἀχαριστίαν αὐτὸν καὶ προδοσίαν πολλὰ λοιδορήσας καὶ καθυβρίσας ἀπέκτεινεν. Mirum videri potest quod Plutarchus qui vit. Demosth. eadem narrat, secum ipse discordans, literas non ad Antigonum sed ad Perdiccam datas esse dicit, eodemque loco addit Dinarchum Corinthium eius fuisse accusatorem. c. XXXI. Δημάδην δὲ χρόνον οὐ πολὺν ἀπολαύσαντα τῆς φυομένης δόξης ἡ Δημοσθένους δίκη κατήγαγεν εἰς Μακεδονίαν, οὓς ἐκολάκευεν αἰσχρῶς, ὑπὸ τούτων ἐξολούμενον δικαίως, ἐπαχθῆ μὲν ὄντα καὶ πρότερον αὐτοῖς, τότε δ' εἰς αἰτίαν ἄφυκτον ἐμπεσόντα. Γράμματα γὰρ ἐξέπεσεν αὐτοῦ, δι' ὧν παρεκάλει Περδίκκαν ἐπιχειρεῖν Μακεδονίᾳ καὶ σώζειν τοὺς Ἕλληνας ὡς ἀπὸ σαπροῦ καὶ παλαιοῦ στήμονος (λέγων τὸν Ἀντίπατρον) ἠρτημένους· ἐφ' οἷς Δεινάρχου τοῦ Κορινθίου κατηγορήσαντος παροξυνθεὶς ὁ Κάσσανδρος ἐγκατέσφαξεν αὐτοῦ τῷ κόλπῳ τὸν υἱόν, εἶτα οὕτως ἐκεῖνον ἀνελεῖν προσέταξεν ἐν τοῖς μεγίστοις διδασκόμενον ἀτυχήμασιν, ὅτι πρώτους ἑαυτοὺς οἱ προδόται πωλοῦσιν, ὃ πολλάκις Δημοσθένους προαγορεύοντος οὐκ ἐπίστευσε. Cum quo accurate consentit Arrian. in Phot. Biblioth. p. 70, l. 1. ed. Bekk. καὶ ὡς Δημάδης οὐ πολλῷ ὕστερον ἐς Μακεδονίαν ἀχθεὶς ὑπὸ Κασάνδρου ἐσφάγη, τοῦ παιδὸς ἐν

τοῖς κόλποις προαποσφαγέντος· αἰτίαν δ' ἐπῆγε Κάσανδρος, ὅτι τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐξυβρίσειεν ἐν οἷς ἔγραψε Περδίκκᾳ σώζειν τοὺς Ἕλληνας ἀπὸ σαπροῦ καὶ παλαιοῦ στήμονος ἠρτημένους, οὕτω τὸν Ἀντίπατρον ἐπιχλευάζων. Δείναρχος δὲ ὁ Κορίνθιος ὁ κατήγορος ἦν. ἀλλ' ὅ γε Δημάδης τῆς αὐτοῦ δωροδοκίας καὶ προδοσίας καὶ ἐς πάντα ἀπιστίας τὴν ἀξίαν ἀπέτισε δίκην. E Diodori denique loco, quamquam in eius narratione levis inest discordia, accurate quo tempore mortem obierit, definiri potest. XVIII, 48. κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν, Ἀντιπάτρου περιπεσόντος ἀῤῥωστίᾳ βαρυτέρᾳ, καὶ τοῦ γήρως συνεργοῦντος πρὸς τὴν ἀπόλυσιν τοῦ βίου, Ἀθηναῖοι μὲν ἐξέπεμψαν πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίπατρον Δημάδην, δοκοῦντα καλῶς πολιτεύεσθαι τὰ πρὸς τοὺς Μακεδόνας, ἀξιοῦντες τὸν Ἀντίπατρον, καθάπερ ἦν ἐξ ἀρχῆς ὡμολογηκὼς, ἐξαγαγεῖν τὴν φρουρὰν ἐκ τῆς Μουνυχίας. ὁ δ' Ἀντίπατρος τὸ μὲν πρῶτον εὐνοϊκῶς διέκειτο πρὸς τὸν Δημάδην, ὕστερον δὲ Περδίκκου τελευτήσαντος, καί τινων ἐπιστολῶν εὑρεθεισῶν ἐν τοῖς βασιλικοῖς γράμμασιν, ἐν οἷς ἦν ὁ Δημάδης παρακαλῶν τὸν Περδίκκαν κατὰ τάχος διαβαίνειν εἰς τὴν Εὐρώπην ἐπ' Ἀντίπατρον, ἀπηλλοτριώθη πρὸς αὐτόν, καὶ κεκρυμμένην ἐτήρει τὴν ἔχθραν. διόπερ τοῦ Δημάδου κατὰ τὰς ὑπὸ τοῦ δήμου δεδομένας ἐντολὰς ἀπαιτοῦντος τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ παῤῥησιωδέστερον ἀπειλήσαντος περὶ τῆς φρουρᾶς, ὁ μὲν Ἀντίπατρος οὐδεμίαν δοὺς ἀπόκρισιν παρέδωκε τοῖς ἐπὶ τὰς τιμωρίας τεταγμένοις αὐτόν τε τὸν Δημάδην καὶ τὸν υἱὸν Δημέαν συμπρεσβεύοντα τῷ πατρί. οὗτοι μὲν οὖν ἀπαχθέντες εἴς τι οἴκημα εὐτελὲς ἐθανατώθησαν διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας[41]). Cum igitur Demadis cae-

41) In locum Amphipolitanum deiectum esse dicit Suidas l. c. De urbe Amphipoli in Hedonum regione ab Atheniensi-

des paulo ante Antipatri mortem acciderit, eam Ol. CXV, 2. a. C. 319. vel initio Ql. CXV, 3. accidisse, non dubito affirmare.

Iam vero, quoniam absolvi quae de Demadis vita dicenda habui, opportunus esse videtur locus, quonam natus sit anno, investigandi; sed antequam ipsam eam quaestionem pertractare licet, de filio Demadis quem una cum patre periisse supra memoravi, quae auctores tradiderint, exponenda mihi esse iudicavi.

Suscepit autem filium Demeam Demades. Athen. XIII. 61. *Ἴστε δὲ ὅτι καὶ Δημάδης ὁ ῥήτωρ ἐξ αὐλητρίδος ἑταίρας ἐπαιδοποιήσατο Δημέαν.* (cf. Suid. l. c. Plutarch. Phoc. c. XXX.) qui itidem orator fuit. Athen. l. c. *ὃν φρυαττόμενόν ποτε ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐπεστόμισεν Ὑπερίδης, εἰπών· οὐ σιωπήσῃ μειράκιον, μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα*[42]) Lucian. Timon. ed. Hemsterh. T. I. p. 166. *εἶπε τὴν γνώμην Δημέας ὁ ῥήτωρ.* Contra eum duas orationes habuit Hyperides quarum alteram *κατὰ Δημέου ξενίας* citat Harpocrat. s. vv. *κυρία ἐκκλησία. ὀσχοφόροι. χαλκεῖα.* alteram *πρὸς τὴν Δημέου γραφὴν* citat idem s. v. *Λουσιεύς* et Pollux Onomast. X, 15. Cf. Fabric. Biblioth. Gr. ed. Harl. T. II. p. 859. et quae de scriptura *Δημέου* pro *Δημαίου* dixi pag. 19.[43]).

Quae de eo praeterea memorantur, tam pauca sunt, vix ut eius vitae unum alterumve factum certo enu-

---

bus condita, et lacu Amphipolitano, quem faciebat fluvius Strymon, vid. Steph. Byz. p. 78 sqq. Cf. Lucae Holsten. nott. et castigatt. in Steph. Byzant. p. 33.

42) Cf. Paul. Leopard. emendatt. VIIII, 21. in Iani Gruteri Lampad. III. p. 186.

43) Alius est Demeas quem gladiatoriae artis repertorem ac magistrum primum fuisse apud Mantinenses dicit Ephorus ap. Athen. IIII, 102. Alius etiam quem memorat Xenophon Mem. Socr. II, 7, 6.

rari possit. Et primum quidem quod de eo narrat
etz. Chiliad. VI, 97.

καὶ πάλιν Διοπείθη δὲ τὸν Σουνιέα λέγει (Ἀριστογείτων),
ἐκ τῆς πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον συστάσης ναυμαχίας
ὠνήσασθαι αἰχμάλωτον Λυκοῦργον, Δημοσθένην.
οὗτοι δὲ τὸ ἀργύριον ἐκείνῳ οὐκ ἐδίδουν,
ἀλλὰ πρὸς δικαστήριον εἵλκυσαν μᾶλλον τοῦτον.
καὶ ἐκινδύνευσε θανεῖν ὁ ἄνθρωπος ἐκ τούτων,
εἰ μὴ συνηγωνίσαντο Δημέας, Καλλικλῆς τε.

ad Ol. CXVIIII. 4. referendum esse arbitror, quo anno henienses contra Philippum, Byzantio obsidione capto, ssem Diopithe duce miserunt, suadente Demosthene, i ipse in Thraciam profectus, urbes Selymbriam, Perinım et Byzantium cum Atheniensibus foedere conıxit [44])

Alterum praeterea locum reperi in Maxim. Planud. holiis in invent. p. I. in Rhett. Gr. ed. Walz. T. V, 377. qui maximi videtur esse momenti, *ὁ Δημάδης ἐβάλλετο κακοῦ βίου, ὡς τὸν ἴδιον υἱὸν παρὰ τῷ λίππῳ καταλιπὼν εὐπρεπῆ ὄντα φαύλης ἕνεκεν ὑποψεως.* cum quo plane consentit Tzetz. Chiliad. VI, 16.

κατὰ Δημάδου λέγει (Τίμαρχος) δὲ καὶ φλυαρεῖ ὁπόσα,
ἐπὶ υἱῷ τὸν Φίλιππον γαμβρὸν κατονομάζων.

Utrumque locum videtur legisse Ioan. Sturm. qui in ıol. in Hermogen. de invention. lib. I. ita scripsit. Iuius exemplum est in Demade, qui filium suum apud 'hilippum reliquit accepta pecunia: hinc suspicio nata st, quod ei ademisset Philippus florem aetatis; haec

) Cf. Schlosser. *Universalhistorische Uebersicht der Geschichte der alten Welt und ihrer Cultur* Th. I. Abth. 3. p. 80.

„suspicio adversaria fuit, et adhaesit Demadi semper in „republica. Post hoc turpe factum parvo interiecto spa„tio temporis iterum legatus fuit ad Philippum, a quo „interrogatus quomodo sitae essent Athenae, quos muros, „quas munitiones, quos portus, quas fossas haberent: „horum omnium Demades in mensa fecit παραγραφὴν „picturam, urbemque hosti patefecit; est ὕβρις facinus „dedecorosum, iniuria publica, crimen laesae maiestatis." Unde vero ille collegerit Demadem bis (iterum) legatum fuisse ad Philippum, non dixit; equidem eum nusquam ante pugnam Chaeronensem reperi memoratum; memoratus quidem semel est tanquam legatus ab Hermog. de invent. I. 2.; id autem ad legationem aliquam post pugnam Chaeronensem susceptam nisi meliore at eodem certe iure referri potest. Utut est, Planudis narrationem ad tempus expeditioni Byzantinae antecedens esse referendam per se intelligitur, cum in ea Demeas, exacta iam aetate puerili, Diopithem Atheniensium ducem liberaverit (cf. pag. 41.); fortasse ad Ol. CVIII, 2. a. C. 347. quo Athenienses decem legatos[45]), inter quos Aristodemus, Demosthenes, et Aeschines erant, ad Philippum miserunt, qui de pacis conditionibus agerent. Ex iisdem locis id quoque intelligitur iam ante pugnam Chaeronensem Demadem convenisse Philippum, eundemque, antequam publicum munus administraret, et postquam nautae conditionem reliquerat, rebus publicis suam navavisse operam; cum quo plane consentit quod dicit ipse in orationis fragm. p. 486. τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτως ἔζων ὡς ἠδυνάμην, οὔτε κοινῇ τὸν δῆμον ἀδικῶν οὔτ' ἰδίᾳ λυπῶν οὐδένα τῶν

45) Cf. Demosth. de fals. legat. p. 392. quae legatio Ol. CVIII, 3. a. C. 346. rediit paulo ante Dionysia, quibus Antipater et Parmenio interfuerunt. Aeschin. de fals. legat. p. 34 — 36. Ctesiph. p. 64. Arg. Demosth. de fals. legat. p. 336.

ἐν τῇ πόλει, πειρώμενος δ' ἀεὶ τοῖς ἰδίοις πόνοις τὴν ἀσθένειαν τοῦ βίου διορθοῦσθαι. — προσελθὼν δὲ τοῖς κοινοῖς οὐκ εἰς δίκας καὶ τὴν ἀπὸ τῆς λογογραφίας ἐργασίαν ἔθηκα τὸν πόνον, ἀλλ' εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ βήματος παῤῥησίαν. — ἐνταῦθα ἐπιστὰς τοῖς πράγμασιν κ.τ.λ. item quod dicit Suidas l. c. *οὗτος Δημοσθένει λέγοντι ὑπὲρ 'Ολυνθίων ἀντέλεγεν.* Quod si nunc reputabis Demadem filium habuisse, qui Ol. CVIIII, 4. expeditionis Byzantinae fuit particeps, et Ol. CVIII, 3. apud Philippum vixit hunc agens aetatis annum ut dici potuerit regis amoribus inservivisse: Demadem non post Ol. C, 2. natum esse posse, satis mihi probabiliter statuere videor; quo anno si natus est, sexagesimum aetatis agens annum, mortem obiit. Ceterum ad magnam eum pervenisse aetatem dicit Plutarch. Phoc. c. I. *ὥστ' Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ γέροντος ἤδη γεγονότος* et Apophth. Lacon. p. 183. E, ed. Xyl. *Δημάδου δὲ τοῦ ῥήτορος ἤδη πρεσβύτου γεγονότος.*

Illis igitur imminentis ruinae temporibus vixit Demades, quibus altera vice velut in reipublicae puppi sedentes clavum tenebant mox Lycurgus Ol. LXXXXVI—CXIIII, 2. quo quis honestior in munere administrando, quis diligentior quis religiosior fuerit, non reperitur[46]);

46) Duae Lycurgi contra Demadem orationes memorantur; altera apud Athen. XI. p. 264. *Λυκοῦργος δ' ὁ ῥήτωρ, ἐν τῷ κατὰ Δημάδου, Φίλιππόν φησι τὸν βασιλέα προπίνειν κέρατι τούτοις, οἷς ἐφιλοφρονεῖτο.* et apud Scholiast. ad Aristoph. Plut. v. 690. *ὡς παρείας ὢν ὄφις] εἶδος δὲ ὄφεως ὁ παρείας, παρὰ τὸ ἐπῆρθαι τὰς παρειάς· φασὶ δὲ αὐτὸν μὴ δάκνειν, ἢ καὶ δακόντα μὴ λυπεῖν. μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης, τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας φάσκων, καὶ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Δημάδου λόγῳ.* Utramque memorat Eudocia in Anecdott. Gr. ed. d'Ansse de Villoison. T. I. p. 281. *Λυκοῦργος Λυκόφρονος, Ἀθηναῖος ῥήτωρ· ἔγραψε λόγους πολλούς· ἐν οἷς οἱ σωζόμενοι γνήσιοι —*

Demosthenes Ol. LXXXXVIII, 4. — CXIIII, 3. qui nullas potentium hostium inimicitias, nulla pericula, nullas vitae et capitis dimicationes sibi, dum illos modis omnibus persequebatur, defugiendas putávit[47]); Polyeuctus Sphettius qui in republica gerenda Demosthenis rationem ita secutus est, ut ille coniunctiorem haberet neminem[48]); Hyperides qui nunquam quidquam veritate prius aut antiquius habuit[49]); qui omnes vero reipublicae amore flagrantes Philippi consilia evertere studebant, et ideo Demadi infestissimi erant[50]): mox Aeschines Ol. LXXXXVII,

κατὰ Δημάδου· πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. quarum posterior eadem videtur esse atque ea quae memoratur ab Harpocrat. s. v. ἀποβάτης. Λυκοῦργος ἐν τῇ πρὸς Δημάδην ἀπολογίᾳ.

47) Oratio Demosthenis in Demadem memoratur in Anecdott. Gr. ed. Bekk. T I. p. 335, 30. Δημοσθένης ἐν τῷ — κατὰ Δημάδου· ἦγε δὲ πέντε μνᾶς.

48) Oratio Polyeucti contra Demadem ap. Apsin. art. rhetoric. in Rhetorr. Gr. ed. Ald. Manut. Venet. 1508. pag. 707. memoratur cuius fragmentum pag. 24. descripsimus.

49) Hyperidis oratio contra Demadem memoratur ap. Athen. X. p. 51. ἐν τῷ κατὰ Δημάδου δὲ ὁ Ὑπερίδης εἴρηκε· ῥαδιέστεραν τὴν πόλιν, apud Harpocrat. s. vv. Ἀλκίμαχος· βουφόνια. Δειπνοφόρος· Θριπηδέστατον. Δητή. Μηκύβερνα. Ὀξυθύμια. Παλαμναῖος. Παρεῖαι ὄφεις. apud Porphyr. quaestionn. homeric. I. ed. Ald. Venet. 1521. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου· Μηδέποτε πολέμου, μήτε πολιτείας ἐπηβόλους γενέσθαι. Cf. Plutarch. praec. reip. ger. C. XIIII. Ὅρα δὲ τὰ πρὸς Αἰσχίνην ὑπὸ Δημοσθένους εἰρημένα, καὶ τὰ πρὸς τοῦτον ὑπ' Αἰσχίνου, καὶ πάλιν ἃ πρὸς Δημάδην γέγραφεν Ὑπερίδης. Cf. Suid. s. v. Διτή et Meurs. biblioth. Gr. in Gronov. thes. antiq. Gr. T. X. p. 1516.

50) Quantae inter Demosthenem et Demadem intercesserint inimicitiae, ex hoc etiam apparet loco Syrian. et Sopatr. Schol. ad Hermog. p. 342. ed. Walz. ἡ δὲ ἐργασία τῆς βουλήσεως γίνεται ἀπὸ τῆς αἰτίας· ἡ δὲ αἰτία, ἡ μέν ἐστι προκαταρκτική, ἡ δὲ

. — CXVI, 3. et Philocrates et tetra illa impurorum hominum colluvies, qua illis temporibus urbs tam foede erat contaminata. Quae Demadi cum utrisque intercesserit ratio, declarat Lucian. de parasit. XXXXII. *τί ἔτι; οὐχὶ Δημάδης μὲν, καὶ Αἰσχίνης καὶ Φιλοκράτης ὑπὸ δέους εὐθὺς τῇ καταγγελίᾳ τοῦ Φιλίππου πολέμου, τὴν πόλιν προῦδοσαν καὶ σφᾶς αὐτοὺς τῷ Φιλίππῳ, καὶ διετέλεσαν Ἀθήνησιν ἀεὶ τὰ ἐκείνου πολιτευόμενοι, ὡς εἴγε*

τελική. προκαταρκτικὴ μὲν ἀπὸ τῶν παρελθόντων· οἷον δι' ἣν καὶ διότι ἠβούλετο τοῦτο πρᾶξαι· τελικὴ δὲ ἀπὸ τῶν μελλόντων· οἷον οὗ ἕνεκεν ἠβούλετο· καὶ προκαταρκτικὴ μὲν οὕτως· ἐγράφη ψήφισμα καθόδου Δημοσθένει, Δημάδης ἀντιλέγων οὐκ ἔπεισεν· εὕρηται κατιὼν ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς χώρας νεκρὸς ἀσκύλευτος Δημοσθένης, καὶ κρίνεται Δημάδης· ἐνταῦθα ἡ βούλησις ἐκ προκαταρκτικοῦ αἰτίου οὕτως· ὅτι διὰ τὴν φθάσασαν ἔχθραν διὰ τὸ ἀντειπεῖν καὶ μὴ πεῖσαι· διὰ τὸ πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ κριθῆναι· διὰ τὰς γεγενημένας ὑπὸ σοῦ κλοπάς· διὰ τὸ δέος τῆς προδοσίας εἰκὸς αὐτὸν ἀνελεῖν. Eandem attingit simultatem Sidon. Apollinar. lib. VIII, Ep. I. qui tamen iniuria unam celebritatis Demadis affert causam, illas quae inter utrumque obtinuerunt inimicitias: „Sed plus cavendum est, „ne sera propter iam propalati augmenta voluminis, in aliquos „forsitan incidamus vituperones, quorum fugere linguas cote „livoris naturalitus acuminatas, nec Demosthenis quidem, „Ciceronisque sententiae artifices et eloquia fabra potuere. „quorum anterior orator Demadem, citerior Antonium tole„ravere derogatores. qui lividi cum fuerint malitiae clarae, „dictionis obscurae, tamen ad notitiam posterorum per odia „virtutum decurrerunt.“ Cur denique Demades Demosthenis administrationem reipublicae omnium malorum dixerit causam refert Aristot. Rhetor. l. II. C. 26. *Ἄλλος, παρὰ τὸ ἀναίτιον, ὡς αἴτιον· οἷον τὸ ἅμα, ἢ μετὰ τοῦτο γεγονέναι· τὸ γὰρ μετὰ τοῦτο, ὡς διὰ τοῦτο λαμβάνουσι, καὶ μάλιστα οἱ ἐν ταῖς πολιτείαις· οἷον ὡς ὁ Δημάδης τὴν Δημοσθένους πολιτείαν, πάντων τῶν κακῶν αἰτίαν· μετ' ἐκείνην γὰρ συνέβη ὁ πόλεμος.* Eadem prorsus verba descripsit Dionys. Halicarn. Ep. I. ad Ammaeum 12. p. 124. ed. Sylb.

τις καὶ ἄλλος Ἀθηναῖος κατ' αὐτὰ ἐπολέμει, κἀκεῖνος ἐν αὐτοῖς ἦν φίλος. ὁ Ὑπερίδης δὲ καὶ Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος, οἵγε δοκοῦντες ἀνδρειότεροι, κἂν ταῖς ἐκκλησίαις ἀεὶ θορυβοῦντες καὶ λοιδορούμενοι τῷ Φιλίππῳ, τί ποτε ἀπειργάσαντο γενναῖον ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν πολέμῳ; Vivebant praeterea eo temporis Phocio, cognomine bonus appellatus, qui etsi exercitibus praefuit, summosque cepit magistratus, multo tamen eius notior integritas est vitae, quam laus militaris; Dinarchus, denique Pytheas, qui in republica gerenda varius, tandem Macedonum partes secutus est[51].)

Reliquum est ut de Demadis ratione reipublicae gerendae, moribus et eloquentia singillatim agam. Et primum quidem facile ex iis intelligi potest, quae de hac re passim iam memoravi antea, quale fuerit eius studium in munere administrando, cum eum, qualibet occasione data, et cum Macedonibus transigentem de pacis conditionibus deprehenderimus, ab iisdemque semper in communi strage non modo illaesum, sed etiam muneribus cumulatum, et eos omnes, quibus prior erat reipublicae salus quam sua, odio tamdiu persequentem acerrimo, donec diem supremum obiissent miserrime. Res igitur publicas administravit ad nutum Macedonum, quo factum est ut multa et

---

51) Pytheas modo pro Demade, modo contra eum stetit. Lucian. Demosth. encom. c. XXXXVI. *ἐξῆν μοι φιλτέρους ἔχειν Ἀθηναίων Μακεδόνας, καὶ νῦν μετέχειν τῆς ὑμετέρας τύχης, εἰ μετὰ Καλλιμέδοντος, καὶ Πυθέου, καὶ Δημάδου συνεταττόμην.* Athen. II, p. 170. *Πυθέας γοῦν φησιν· Ἀλλὰ τοὺς νῦν δημαγωγοὺς ὁρᾶτε, Δημοσθένη καὶ Δημάδην, ὡς ἐναντίως τοῖς βίοις διάκεινται· ὁ μὲν γὰρ ὑδροποτῶν καὶ μεριμνῶν τὰς νύκτας, ὥς φασιν· ὁ δὲ πορνοβοσκῶν καὶ μεθυσκόμενος κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην, προγάστωρ ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνακυλίεται.*

proponere et dicere cogeretur contra civium voluntatem[52]); et cum durius a populo acta sua censerentur, ignoscendum sibi professus est, aut quod naufragia civitatis sibi essent gubernanda Plut. Phoc. init. *Δημάδης ὁ ῥήτωρ, ἰσχύων μὲν ἐν ταῖς Ἀθήναις διὰ τὸ πρὸς χάριν πολιτεύεσθαι Μακεδόνων καὶ Ἀντιπάτρου, πολλὰ δὲ γράφειν καὶ λέγειν ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ τὸ ἦθος, ἔλεγε συγγνώμης ἄξιος εἶναι πολιτευόμενος τὰ ναυάγια τῆς πόλεως.* (cf. eiusd. reipubl. ger. praec. c. VI.); aut quod sibi quidem contraria dixisset saepius, urbi autem nunquam Plut. Demosth. C. XIII. *οὐ γὰρ (Δημοσθένης), ὡς Δημάδης ἀπολογούμενος διὰ τὴν ἐν τῇ πολιτείᾳ μεταβολὴν ἔλεγεν, αὐτῷ μὲν αὐτὸν τἀναντία πολλάκις εἰρηκέναι, τῇ δὲ πόλει μηδέποτε.* Iam erga Philippum tanta eius fuit animi humilitas ut praeterquam quod apud ipsum relinqueret filium (cf. pag. 41.) urbem etiam ei patefaceret, muris, munitionibus, portibus accurate in mensa depictis, quo Athenis rex facilius potiretur, ut testatur Hermogen. de invent. I, 2. *ὡς ἐν ἐκείνῳ τῷ προβλήματι· Δημάδης πρεσβεύσας παρὰ Φίλιππον, καὶ ἐρομένου ποταπαί εἰσιν αἱ Ἀθῆναι τοῦ Μακεδόνος, ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτὰς κατέγραψε· καὶ ἐπανελθὼν, ὕβρεως κρίνεται. οἷον, καὶ διὰ τὸν ἄλλον μὲν βίον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν προσόντα Δημάδην, καὶ τὴν προδοσίαν, ἄξιον ἦν κολάσαι τοῦτον, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὰ νῦν αὐτῷ γεγενημένα, ἐξ ὧν αἰσχύνην ὁμοῦ καὶ ζημίαν περιῆψε τῇ πόλει.* Cum postea Philippus omnes Graeciae civita-

---

52) Euthycratem, civem Olynthium, ab Atheniensibus infamia notatum, in integrum restituit et publicum hospitem fecit. Quod eius decretum Hyperides oppugnavit oratione, cuius fragmentum affertur ab Apsin. art. Rhet. p. 708. Cf. Suid. l. c.

tes (cf. pag. 26.) Corinthum convocaret, Demades censuit ut Athenienses pacem cum rege inirent, non exspectatis, quod Phocio suadebat prudenter, conditionibus; quin et decretum fecit ut Graeci Philippo parerent. Suid. l. c. ἔγραψε δὲ καὶ ψήφισμα τῷ Φιλίππῳ τοὺς Ἕλληνας ὑπακούειν propter quod a Philippo accepit munera Suid. l. c. κτήματα ἐν Βοιωτίᾳ παρὰ Φιλίππου δωρεὰν ἔλαβεν. Nec minor eiusdem fuit adulatio erga Alexandrum; eo enim impudentiae provectus est, ut illum Athenis pro concione inter maiores deos tertium decimum adscriptum ire non erubuerit; quod non ferens populus ei mulctam decem talentorum irrogavit, teste Athen. VI. pag. 462. θαυμάζω δὲ ἔγωγε τῶν Ἀθηναίων, πῶς τοῦτον μὲν (Ἐπικράτην) ἄκριτον εἴασαν, Δημάδην δὲ δέκα ταλάντοις ἐζημίωσαν, ὅτι θεὸν εἰσηγήσατο Ἀλέξανδρον. vel centum talentorum, ut dicit Aelian. V. H. V, 12. οὐ δύναμαι δὲ Ἀθηναίων μὴ οὐ φιλεῖν ταῦτα· ἐκκλησίας οὔσης Ἀθηναίοις, παρελθὼν ὁ Δημάδης, ἐψηφίσατο θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον. τῆς δὲ ἀσεβείας ὁ δῆμος τὸ ὑπερβάλλον μὴ ἐνεγκὼν, ζημίαν ἐτιμήσαντο τῷ Δημάδει ταλάντων ἑκατὸν ὅτι θνητὸν αὐτὸν δὴ τὸν Ἀλέξανδρον ὄντα ἐνέγραψε τοῖς Ὀλυμπίοις[53]). In qua quidem similibusque mulctis se ipsum purgare solebat, dicens: τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐκ ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλ' ὁ πόλεμος τῷ Ἀλεξάνδρου δόρατι γράφων Demetr. de elocut. §. 301. Dehinc cum Macedoniae regnum occupasset Antipater, iisdem partibus fidus, ei Athenas, ut supra memoravi, tradidit proditione. Inde factum est ut extremis temporibus magnum in odium incurreret suorum civium qui eum criminis (quod quidem

53) Cf. Scheffer. Kuehn. et Perizon. adnott. ad h. l. In hac re Pytheam habuit adversarium. vid. Plutarch. praec. pol. p. 804. an seni ger. resp. p. 784.

le fatebatur): pecuniae acceptae (δωροδοκίας) et laesae maiestatis (ὕβρεως) accusaverunt τοσούτῳ τολμηρότερον ημάδου, ὥςθ' ὁ μὲν προειρηκὼς ἐν τῷ δήμῳ τὸν ιτοῦ τρόπον καὶ τὴν ἀπόνοιαν, καὶ ὁμολογῶν λαμβάνειν αὶ λήψεσθαι, ὅμως οὐ τετόλμηκεν αὐτοῖς δεῖξαι τὸ ρόσωπον, οὐδ' ἐναντία τῇ τῆς βουλῆς ἀποφάσει λέγειν ξίωσε. Dinarch. in Demosth. p. 175. (cf. Hermog. de invent. I, 2.), et ἄτιμον declaraverunt quod ter (septies i cit Plut. Phoc. c. XXVI. cf. pag. 34) in iudicio παρανό-ων damnatus esset, ut testatur Diod. Sic. XVIII, 18. [cf. ag. 35. [4])]; quae omnia de se ipso gloriabatur Demades, t testatur Plutarch. Phoc. c. XXX. Δημάδης δὲ τῷ λούτῳ καὶ παρανομῶν ἐκαλλωπίζετο. Νόμου γὰρ ντος Ἀθήνησι τότε, μὴ χορεύειν ξένον, ἢ χιλίας ἀπο-ίνειν τὸν χορηγὸν, ἅπαντας εἰσαγαγὼν ξένους τοὺς ορεύοντας, ἑκατὸν ὄντας, ἅμα καὶ τὴν ζημίαν ἀνὰ ιλίας ὑπὲρ ἑκάστου εἰσήνεγκεν εἰς τὸ θέατρον. 'amae integritatem et potestatem dicendi (ἄδειαν) tum emum consecutus est, cum, Antipatro adventante ut rbem occuparet, Athenienses consilii inopes eum rogannt, ut rege mitigato a seipsis averteret ruinam, de qua e dixi p. 35. Ut tandem breviter dicam, in eo consenerunt omnes auctores, ut Demades proditor patriae (cf. 'lutarch. Demosth. c. XXXI. Hermog. de invent. I, 2. 'ausan. VII, 10, 4. Suid. l. c.)et scelestus pravusque (πονη-ός) civis habendus et appellandus sit. vid. Plutarch. de

---

4) Satis erat Athenis si qui ter hoc iudicio causa cecidissent. Antiphanes in Sappho ap. Athen. X, 451. A.

πῶς γὰρ γένοιτ' ἂν ὦ πάτερ . . . . ,
Ῥήτωρ ἄφωνος, ἢν μὴ ἁλῷ τρὶς παρανόμων.

Ter proin damnati, ut Demades, concionibus prohibebantur. infamiae insuper labe adspersi. Cf. S. Petit. Comment. LL. Att. lib. II. Tit. I. p. 184. WESSELING. ad Diod. Sic. XVIII, 18.

cupid. divitt. p. 526. ὅθεν ἐκεῖνοι μὲν ἐκεχειρίαν ἄγουσι ἐν ἀφθονίᾳ γενόμενοι, καὶ χορηγίαν ἔχοντες, ὥσπερ ὁ Δημοσθένης ἔλεγε πρὸς τοὺς νομίζοντας τῆς πονηρίας τὸν Δημάδην πεπαῦσθαι. Νῦν γὰρ ἔφη μεστὸν ὁρᾶτε, καθάπερ τοὺς λέοντας. cf. Dinarch. c. Demosth. p. 148. κατέψευσται γὰρ ἡ βουλὴ Δημοσθένους. — σοῦ κατέψευσται καὶ Δημάδου; καθ' ὧν οὐδὲ τἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ἔοικεν, ἀσφαλές ἐστιν; οἳ πολλὰ πρότερον τῶν κοινῶν ἐκείνῃ ζητεῖν προσετάξατε, καὶ διὰ τὰς γενομένας ζητήσεις ἐπῃνέσατε; οὓς δ' ἡ πόλις ἅπασα οὐ δύναται ἀναγκάσαι τὰ δίκαια ποιεῖν, κατὰ τούτων ἡ βουλὴ ψευδεῖς ἀποφάσεις πεποίηται; Proditionis tandem luit poenas et suo expertus est damno, quod saepissime praedixerat Demosthenes, neque tamen sibi eventurum crediderat, proditores semetipsos vendere primos. cf. Plutarch. Demosth. c. XXXI. Quamquam autem tot tantorumque malorum auctor fuit Atheniensibus, aliquid certe boni eum egisse, non potest negari. Dinarch. contra Aristog. p. 182. καὶ Δημάδῃ μὲν καὶ Δημοσθένει οὐδεμίαν ᾤεσθε δεῖν συγγνώμην ἔχειν, ὅτι δῶρα καθ' ὑμῶν ἐξηλέγχθησαν λαμβάνοντες, ἀλλ' ἐτιμωρήσασθε, καὶ δικαίως, οἷς εἰ μὴ πάντα, ἀλλὰ πολλά γε σύνιστε χρήσιμα πολιτευομένοις. Neque enim flagitia omnia quibus se inquinavit, Athenienses deterruerunt quin eius se flecti consiliis paterentur, eumque veluti civem optime de republica meritum magno et insigni adficerent honore. Stetit olim in foro Atheniensi statua illius aenea, publico decreto posita. Apsin. art. rhetor. e Polyeucti oratione contra Demadem p. 707. ἐγράφη μὲν ψήφισμα χαλκῆς εἰκόνος τῷ Δημάδῃ. ὁ δὲ κατηγορεῖ τοῦ ψηφίσματος, ὅσα ἦν αὐτῷ διὰ πλειόνων εἰρημένα κατὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ ὅτι μὴ ᾖ ἄξιος τῆς τιμῆς τυχεῖν, ταῦτα κεφαλαιωδῶς ἀνέμνησεν ὑποτυπῶν τὸ σχῆμα τοῦ ἀνδριάν-

τος. Vid. sqq. p. 24[55]). Et Dinarchus inter alia quae Demostheni obiicit crimina, id quoque adfert, quod permiserit ut Demadi multi decernerentur honores et statua poneretur. Dinarch. c. Demosth. p. 174. γέγραπταί σοι ψήφισμα, Δημόσθενες, πολλῶν ὄντων καὶ δεινῶν παρανόμων ὧν Δημάδης γέγραφε; κεκώλυκάς τινα πρᾶξιν ὧν ἐκεῖνος προελόμενος κατὰ τοῦ δήμου πεπολίτευται; οὐδ᾽ ἡντινοῦν. εἰσήγγελκας τὸν παρὰ τὸ τοῦ δήμου ψήφισμα καὶ τοὺς νόμους πολλὰ διαπεπραγμένον; οὐδεπώποτε, ἀλλὰ περιεῖδες αὐτὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ χαλκοῦν σταθέντα καὶ τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως κεκοινωνηκότα τοῖς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἀπογόνοις.[56]) Denique legitur in Harpocrat. Lexic. s. v. ὀξυθύμια: Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου φησί· περὶ οὗ πολλῷ ἂν δικαιότερον ἐν τοῖς ὀξυθυμίοις ἡ στήλη σταθείη ἢ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἱεροῖς. ubi οὗ ad Demadem videtur referendum.

Quod deinde ad privatos Demadis mores attinet, auctores ad unum omnes in eo consentiunt, ut eum impurum, corruptum, omni inquinatum scelere et reipublicae naufragium ipsum fuisse adfirment; quid? comparat eum Antipater cum victima litata, cuius omnia essent consumpta praeter linguam et ventrem, ut testatur Plut. Phoc.

55) Hic locus fugit doctiss. Reisk. et eum qui paucos ante annos Dinarch. orationes edidit C. E. A. Schmidt. Lips. 1826. quorum prior ad Dinarch. c. Demosth. l. c. scripsit: Num pro τόν legendum sit τοῦτον, an illo servato exciderit nomen aliquod proprium, an denique vulgata bene habeat ad Demadem referenda, in dubio relinquam. Sed vix videtur Demadis in foro statua aenea stetisse. Nullus dubito de alio quopiam hic agi. REISK. Alterius explicatio cui ipse non magnam fidem habere videatur, diffusior est quam ut hic adscribi possit.

56) Cf. Meurs. Ceram. gemin. C. XVII. in Gronov. thes. antiq. Gr. T. IIII. p. 988 sqq.

init. *Δημάδης μὲν γὰρ αὐτὸς ἦν ναυάγιον τῆς πόλεως, οὕτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥστ' Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ γέροντος ἤδη γεγονότος, ὅτι, καθάπερ ἱερείου διαπεπραμένου, γλῶσσα καὶ κοιλία μόνον ἀπολέλειπται.* (cf. Apophth. lac. p. 183 E. ed. Xyl.) Lucri tantum et aviditatis satiandae causa gerendam rempublicam putavit, eamque capessivit ipse, non tanti civitatem faciens quam luxuriam suam[57]) (cf. Plut. de cupid. divitt. p. 525 B.); a Phocione admodum diversus, qui quidem in pauperie et egestate summum ponebat honorem. Plutarch. Phoc. c. XXX. *Φωκίων μὲν ὡς ἀρετὴν ἐπεδείκνυτο τὴν πενίαν, ἐν ᾗ τοσαυτάκις Ἀθηναίων στρατηγήσας, καὶ βασιλεῦσι φίλοις χρησάμενος ἐγκατεγήρασε.* Eiusdem amores impuros et intempestiva convivia, insanamque perpotandi epulandique cupiditatem optime depinxit Pytheas ap. Athen. II. p. 170. *Ἀλλὰ τοὺς νῦν δημαγωγοὺς ὁρᾶτε, Δημοσθένη καὶ Δημάδην, ὡς ἐναντίως τοῖς βίοις διάκεινται· ὁ μὲν γὰρ ὑδροποτῶν καὶ μεριμνῶν τὰς νύκτας, ὥς φασίν· ὁ δὲ πορνοβοσκῶν καὶ μεθυσκόμενος κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην, προγάστωρ ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνακυκλεῖται.* quin et vestibus sumptuosis indutus, unguentisque delibutus irridetur a Phocione Plut. Phoc. c. XX. *εἰπόντος δὲ τοῦ Δημάδου πρὸς αὐτόν· „τί οὐ πείθομεν, ὦ Φωκίων, Ἀθηναίους τὴν Λακωνικὴν προσδέξασθαι πολιτείαν; ἐὰν γὰρ σὺ κελεύῃς, ἐγὼ γράφειν καὶ λέγειν ἕτοιμός*

---

57) Iccirco mirum videri potest quod de eo refert Seneca de benefic. VI, 38. „*In quibusdam civitatibus impium votum sceleris vicem tenuit. Demades certe Athenis eum qui necessaria funeribus venditabat, damnavit, quum probasset magnum lucrum optasse: quod contingere illi sine multorum morte non poterat. Quaeri tamen solet an merito damnatus sit. Fortasse optavit non ut multis venderet, sed ut care: ut parvo sibi constarent quae venditurus esset.*“

τίμι." „Πάνυ γοῦν ἔφη πρέψειεν ἄν σοι, μύρου τοσοῦτον ὄζοντι, καὶ χλαμύδα τοιαύτην φοροῦντι, συμβουλεύειν Ἀθηναίοις περὶ φιλιτίων, καὶ τὸν Λυκοῦργον ἐπαινεῖν." Pauper initio vixque magnis admodum laboribus vitam sustentans, ad tantum sensim opulentiae divitiarumque, quibus naturae pravae impleret desideria, pervenit fastigium, ut filio, cum is uxorem duceret, reges et summum quemque mortalium nuptiis adfuturos esse polliceretur. Plut. Phoc. c. XXX. Δημέᾳ δέ, τῷ υἱῷ, νύμφην ἀγόμενος· „Ἐμοῦ μὲν εἶπεν, ὦ παῖ, τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος, οὐδ' ὁ γείτων ᾔσθετο· τοῖς δὲ σοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσται συγχορηγοῦσιν. Sed tantum abest ut divitias recta honestaque sibi comparaverit via, ut, quanto id accuratius examinaveris, tanto intelligas clarius, quanta eius fuerit humilitas atque animi turpitudo; Macedonibus enim urbem patriam tradidit, omnia ad eorum nutum administrans; et haec causa fuit cur ab iis ingentes acciperet divitias, quarum tanta ei inerat cupiditas, ut saepius quereretur Antipater quod nunquam satiari potuisset, ut auctor est Plutarch. Phoc. c. XXX. τὸν δ' Ἀντίπατρον αὐτὸν εἰπεῖν λέγουσιν, ὡς δυεῖν αὐτῷ φίλων Ἀθήνησιν ὄντων, Φωκίωνος καὶ Δημάδου, τὸν μὲν λαβεῖν οὐ πέπεικε, τὸν δὲ διδοὺς οὐκ ἐμπέπληκε. (cf. Apophth. Lacon. p. 188 E. Photii Biblioth. p. 395, 5. ed. Bekk.) Turpissima quaeque aggredi vilissimaque, oblata pecunia, non cunctabatur, nec facile praeferebat ea, quae ingenuo homine digna essent, nisi adliceretur pretio; ita quinque talenta ab oratoribus quos deposcebat Alexander ante accepit quam eorum liberationem efficeret. Cf. pag. 29.

Ac ne illud quidem hic praetermittendum videtur esse, quod de Demadis amore pacis, et tubarum lituorumque metu memoratur. Tzetz. Chiliad. VI, 18.

Ἀνθ' ὧν ὑπῆρχεν ἐραστὴς εἰρήνης ὁ Δημάδης φάσκων, ἀνάνδρους οὐ καλῶ καθάπερ Δημοσθένης, ἀναῤῥιπίζων πόλεμον, εἰρήνην ἀπελαύνων, δειλός εἰμι, καὶ ἐραστὴς καθέστηκα εἰρήνης, οὐ στέργω μάχης ἀραγμούς, οὐδὲ πολέμων κρότους, οὐδὲ πρὸς πολυάνδριον θέλω φιλοτιμεῖσθαι. περὶ εἰρήνης λέγοντι, ὦ ἄνδρες, πείθεσθέ μοι, κ. τ. λ.

Hunc quietis amorem de se ipse fatetur in orat. frag. p. 486. δακρύσει δέ μου τὴν ἀπώλειαν οὐχ ὁ στρατιώτης (πῶς γάρ, ὃν αὔξει μὲν πόλεμος, εἰρήνη δ' οὐ τρέφει;) ἀλλ' ὁ τὴν χώραν γεωργῶν, καὶ ὁ τὴν θάλατταν πλέων καὶ πᾶς ὁ τὸν ἡσύχιον βίον ἠγαπηκώς, ᾧ τὴν Ἀττικὴν ἐτείχισα, τοὺς ὅρους τῆς χώρας περιβαλὼν οὐ λίθοις ἀλλὰ τῇ τῆς πόλεως ἀσφαλείᾳ. Et haec quoque e multis una fuit causa cur in Demosthenem, qui in bello tantum contra Macedoniam postremam reipublicae posuerat salutem, tam vehementer pugnaret in concionibus. Eundem accusat Demades inutile perniciosumque decrevisse bellum in orat. fragm. p. 489. ἐνταῦθ' ὁμοίως Δημοσθένης μὲν ἐκύρωσε πόλεμον, καλὴν μὲν τοῖς ὀνόμασιν οὐ σωτήριον δὲ τοῖς ἔργοις συμβουλίαν εἰσηγησάμενος τοῖς πολίταις.

Tanta denique fuit eius eloquentia ut quamlibet in partem flectere audientium animos, eosque orationis suae vi atque splendore obstupefactos quibusdam quasi habenis arbitratu suo regere posset; quamvis enim Demosthenes eloquentissimus, et longe princeps Atheniensium haberetur orator, nec unquam in dicendi facultate superatus sit, cum illo tamen Demades de principatu potuit contendere. In nullius rhetoris schola edoctum, inter maris fluctus, et hominum sordidissimorum coetum, solius naturae beneficio ingeniique felicitate, omnes aetatis suae oratores eum longe antecelluisse, ipsius Demosthenis lucubrationes extemporanea sua eloquentia superasse scribit

Plutarch. Demosth. c. X. *Πλὴν τόν γε Δημάδην πάντες ὡμολόγουν τῇ φύσει χρώμενον ἀνίκητον εἶναι καὶ παραφέρειν αὐτοσχεδιάζοντα τὰς τοῦ Δημοσθένους σκέψεις καὶ παρασκευάς. Ἀρίστων δ' ὁ Χῖος καὶ Θεοφράστου τινὰ δόξαν ἱστόρηκε περὶ τῶν ῥητόρων. Ἐρωτηθέντα γὰρ, ὁποῖός τις αὐτῷ φαίνεται ῥήτωρ ὁ Δημοσθένης, εἰπεῖν· „Ἄξιος τῆς πόλεως" ὁποῖος δὲ Δημάδης· „Ὑπὲρ τὴν πόλιν."* Quid? quod Demostheni aliquando turbato succurrisse dicitur ap. Plutarch. Demosth. c. VIII. *τῆς δὲ πρὸς καιρὸν ἀτολμίας αὐτοῦ (Δημοσθένους) καὶ τοῦτο ποιοῦνται σημεῖον, ὅτι Δημάδης μὲν ἐκείνῳ θορυβηθέντι πολλάκις ἀναστὰς ἐκ προχείρου συνεῖπεν, ἐκεῖνος δ' οὐδέποτε Δημάδῃ.* Huic Plutarchi iudicio assentitur etiam Cicero, qui eum inter optimos numerat oratores. Brut. VIIII. 36. *Huic* (Demosth.) *Hyperides proximus et Aeschines fuit, et Lycurgus, et Dinarchus, et is cuius nulla exstant scripta Demades, aliique plures. Haec enim aetas effudit hanc copiam, et ut opinio mea fert, succus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor.* cf. Gell. N. A. XI, 10. Demadis eloquentia qualis fuerit videndum est apud Demetrium de elocut. qui orationem ex Emphasi, Allegoria et Hyperbole conflatam, singulari nomine Demadeam appellat. §. 299. *Δεινὰ δὲ καὶ τὰ Δημάδεια καίτοι ἴδιον καὶ ἄτοπον τρόπον ἔχειν δοκοῦντα. ἔστι δὲ αὐτῶν ἡ δεινότης, ἔκ τε τῶν ἐμφάσεων γινομένη, καὶ ἐξ ἀλληγορικοῦ τινος παραλαμβανομένου· καὶ τρίτον ἐξ ὑπερβολῆς.* et postquam eius orationis plura attulit exempla, quae vid. Apophth. XXXIII. haec addit. §. 304. *περὶ μὲν οὖν τῆς Δημαδείου δεινότητος ἀρκεῖ τοσαῦτα· καίτοι ἐχούσης τι ἐπισφαλές, καὶ οὐκ εὐμίμητον μάλα· ἔνεστι γάρ τι καὶ ποιητικὸν τῷ εἴδει εἴγε ποιητικὸν ἡ ἀλληγορία καὶ ὑπερβολὴ καὶ ἔμφασις·*

ποιητικὸν δὲ μικτὸν κωμῳδίας. δεινότητι etiam orationis oratores liberavisse, quos poscebat Alexander, dicit Diodor. XVII, 15. (cf. pag. 27.). Artem loquendi familiariter et conferendi sermones ei tribuit Sext. Empir. p. 59. (cf. Apothth. III). In facetiarum autem genere sententiarumque eleganter et oratorie exornandarum maxime eum excelluisse dicit Tzetzes Chiliad. V, 345.

Δι' ὃν Δημάδης ὕστερον ῥήτωρ ὡραῖος κάλλει,
πολὺ δὲ ὡραιότερος ἀποφθεγμάτων λόγοις.

cum quo consentit Cicero qui eum praeter ceteros facetum dicit: Orat. XXVI, 90. „*Hanc ego iudico formam summissi oratoris, sed magni tamen et germani attici; quoniam, quidquid est salsum aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est: e quibus tamen non omnes faceti, Lysias satis et Hyperides; Demades praeter ceteros fertur.*" item Suidas l. c. si vera Ruhnken. coniectura: Δημάδης Ἀθηναῖος ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς πανοῦργος καὶ εὐφυής. Insignes erant eius sententiae praecipue ἐπιπλήξεως εὐστοχίᾳ. Diod. XVI, 87. (cf. p. 23.) παῤῥησίᾳ. ib. κοινῇ τινι ἐντρεχείᾳ. Sext. Empir. p. 59. (cf. Apophth. III.) ταῖς Ἀττικαῖς χάρισι. Diod. Sic. ib. de quibus ut facile iudicari possit, Demadis apophthegmata, quaecunque apud antiquos auctores passim reperiuntur, hic colligere mihi visum est.

ΔΗΜΑΔΟΥ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

I.

Tzetz. Chil. VI, 112.

Ὁ δὲ Δημάδης ἀνελεῖν τὸν Δημοσθένην λέγει,
συγκείμενον ἀνθρώπιον ἐκ συλλαβῶν καὶ γλώττης.
καὶ πάλιν, κόλαξ. πού φησι καὶ ἄνθρωπος δὲ γόης
δυστήνους λόγους μελετῶν κυκᾷ τε καὶ ταράσσει,
τυρβάσας, οἰκτισάμενος, ἄλλα παιῶν μυρία,
προσποιητά τε δάκρυα σὺν τούτοις ἐκδακρύων.
πάλιν ἐναντιούμενος Ἁλοννησίταις λέγει,
ὑπὲρ μικρᾶς τῆς νήσου τε καὶ πόρων ἐλαχίστων
μέλλετε διαφέρεσθαι πρὸς Φίλιππον, ὦ ἄνδρες,
ἀνδρὸς ὀχλοκοποῦντός τε καὶ στασιώδους λόγοις.
καὶ πάλιν, ὑπὸ ῥήτορος ἀνδρὸς καὶ γυναικείου.
πάλιν, γυναικιζόμενος χλανίσι τῶν εὐσήμων
καὶ σύρων τὸ ἱμάτιον, καὶ φωνασκῶν ὡς ἔθος,
δειλοὺς ἀνάνδρους τε καλεῖ τοὺς πρεπωδῶν συμβούλους.
καὶ πάλιν, τρίβων κεφαλὴν καὶ συνεχῶς ἐκβήττων,
ὡς καὶ κατακλύσειν λόγοις μέλλων τὴν ἐκκλησίαν,
Ἑλλάδα συνταράξειν τε καὶ σύμπαντας φιμώσειν,
οἳ καὶ αὐτὸν ἐπίστανται καὶ τὴν αὐτοῦ πατρίδα
καὶ τίς τελῶν καὶ πόθεν ὢν ὑπὲρ αὐτῶν φυσᾶται,
καὶ τὰς ὀφρύας ἀνασπᾷ, καθάπερ ὁ Κριτίας,
ὁ εἷς ἐκ τῶν τριάκοντα, μὴ παῖς μαχαιρουργοῦ δὲ
ὁ βδελυρὸς καὶ βάναυσος. καὶ πάλιν, πλάνης, γόης,
ῥήτωρ οὐκ ἐπιχώριος, ξένος τελῶν καὶ Σκύθης,
ὡς παῖς δ' οὐκ ὢν μαχαιρουργοῦ, μητρὸς δὲ τῆς Σκυθίδος,
κυκᾷ, ταράττει, θορυβεῖ τὴν σύμπασαν Ἑλλάδα.

„Demades iubet Demosthenem interficere, homuncionem syllabis et lingua constantem. Et iterum, adulator, inquit alicubi, et homo praestigiator, miseros meditans sermones, omnia miscet et agitat, conturbans, misericordiam commovere studens, cum alia plurima facit, tum fictas effundit lacrimas. Iterum contra Halonnesitas loquens: pro parva inquit, insula et minimis reditibus, odium Philippi, o cives, concitaturi estis, cum unus plebem fallat, et seditiosos effundat sermones. Et iterum: a viro rhetore et effeminato. Iterum: muliebrem se gerens, vestibus speciosorum indutus, pallium trahens et vocem exercens, ut mos est, inertes et ignavos appellat qui convenientia et decora suadent. Et iterum: caput scalpens et perpetuo tussiens, ut si vellet verbis concionem submergere, Graeciamque conturbare et cunctis os obtrudere, qui probe et illum norunt et eius patriam, quis ille sit et unde, quibus inflatur et supercilia attollit, quasi esset Critias unus e triginta, non vero filius gladiorum fabri, protervus iste et sellularius. Et iterum: vagabundus, praestigiator, rhetor non indigena, sed peregrinus et Scytha, quasi non esset filius gladiorum fabri, et matris Scythidis, miscet, turbat, confundit omnem Graeciam."

συγκείμενον ἀνθ. ἐκ σ. κ. γ.] cf. Aeschin. c. Ctesiph. p. 461. ed. Bekk. *ἐξ ὀνομάτων συγκείμενος ἄνθρωπος.*

γόης.] Hoc nomen quod saepissime ap. Platon. occurrit, explicat hoc modo Timaeus in lexic. voc. Plat. ed. Ruhnken. pag. 73. *γόητες. οἱ ἀπατεῶνες.* vid. Ruhnk. ad h. l. qui omnes Platonis locos quibus hoc nomen reperitur, diligenter collegit. adde Emped. ed. Sturz. pag. 36. In hoc nomine notiones et illicitis artibus incantandi, et ideo decipiendi inesse videntur, quarum utraque in hoc Platonis loco apparet Menex. p. 403. *κάλλιστά πως τοῖς ὀνόμασιν ποικίλλοντες, γοητεύουσι ἡμῶν τὰς ψυχάς.*

κυκᾷ τε καὶ ταρ.] cf. Aristoph. Acharn. v. 535.

ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης οὐλύμπιος
ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

οἰκτισάμενος] Oratores οἰκτίζεσθαι dicuntur, quum et ipsi reum miserantur, et ipsos iudices vel lacrimis vel οἰκτρολογίᾳ ad eum commiserandum permovent. STEPHAN. cf. Athen. XIII. p. 137. Schweigh. Poll. Onomast. VIII, 117. in Areopago προοιμιάζεσθαι δὲ οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ οἰκτίζεσθαι.

ἐναντιούμενος Ἁλοννησίταις] de Halonneso insula cf. Plin. H. N. IIII, 12. VI, 29. Steph. Byz. de urbib. Ἁλόννησος περὶ ἧς Φίλιππος καὶ οἱ Ἀθηναῖοι διεφέροντο. Quod hic de Demosthene dicit Demades, ad tempus est referendum, quo Philippus expulsis latronibus qui Halonnesum infestabant, insula hac quae antiquitus Atheniensium κτῆμα erat, potitus est, et Atheniensibus se eam redditurum negavit; quo comperto Demosthenes iniustitiam et improbitatem regis civibus exponens, ipsos vehementibus hortationibus commovere studet, ut Philippi voluntati ne obtemperarent, sed antiquum ius defendentes, armis insulam recuperarent. Haec exponit ipse in oratione περὶ Ἁλοννήσου oratt. Gr. ed. Bekk. T. IIII. p. 70. quam Ol. CVIIII, 2. a. C. 343. habitam esse dicit Dionys. Halicarn. Epist. I. ad Ammaeum. c. 10. Πυθόδοτος, ἐφ' οὗ τὴν ὀγδόην τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν διέθετο πρὸς τοὺς Φιλίππου πρέσβεις, ἧς ἐστιν ἀρχή· „ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι." cf. Aeschin. c. Ctesiph. p. 408. Demosth. pro Halon. p. 71. Plutarch. Demosth. c. VIIII. Liban. in argum. Ceterum hic locus confirmat quod supra pag. 42. dixi, Demadem rempublicam attigisse, postquam nautae conditionem reliquerat, et antequam munus publicum administraret.

στασιώδους] στασιώδης seditiosus, contentiosus. Poll. Onomast. VIII, 153. ὁ στασιώδης, ὑπόφαυλον. Xe-

noph. Memor. II, 6, 4. *ὅστις στασιώδης τέ ἐστι καὶ θέλων πολλοὺς τοῖς φίλοις ἐχθροὺς παρέχειν; Φευκτέον, νὴ Δία, καὶ τοῦτον.*

Χλανίς] De differentia *χλαίνας* et *χλανίδος* vid. Ammon. pag. 146. ed. Valcken. Sic dici molles et pretiosas vestes omnes grammatici testantur, et praeterea meliorum auctorum usus. cf. Demosth. in Mid. p. 502. ed. Bekk. ubi Midiae pudendam luxuriam obiiciens *τὸν θώρακα δὲ οὐδεπώποτ' ἐνδύς, ἐπ' ἀστράβης δὲ ὀχούμενος ἀργυρᾶς τῆς ἐξ Εὐβοίας, χλανίδας δὲ καὶ κυμβία καὶ κάδους ἔχων, ὧν ἐπελαμβάνοντο οἱ πεντηκοστολόγοι.* Cf. Poll. Onom. III, 40. IIII, 116. 118. VII, 48, 159. X, 124. Lucian. I, 835. Athen. XII, 535. Schweigh.

σύρων τὸ ἱμάτιον] Trahi dicuntur vestes quae propendent, et quae negligenter et dissolute geruntur, ita ut posterior pars verrat humum; quod cum aliis vitae dissolutae indiciis reperitur ap. Platon. Alcibiad. I, 37. e. *εἰ δ' αὖ ἐθέλοις εἰς πλούτους ἀποβλέψαι καὶ τρυφὰς καὶ ἐσθῆτας, ἱματίων θ' ἕλξεις, καὶ μύρων ἀλοιφάς, καὶ θεραπόντων πλήθους ἀκολουθίας, τήν τε ἄλλην ἁβρότητα τὴν Περσῶν, αἰσχυνθείης ἂν ἐπὶ σαυτῷ, αἰσθόμενος ὅσον αὐτῶν ἐλλείπεις.* et ap. Plutarch. Alcibiad. c. XVI. *Ἐν δὲ τοιούτοις πολιτεύμασι καὶ λόγοις, καὶ φρονήματι καὶ δεινότητι, πολλὴν αὖ πάλιν τὴν τρυφὴν τῆς διαίτης, καὶ περὶ πότους καὶ ἔρωτας ὑβρίσματα, καὶ θηλύτητας ἐσθήτων ἁλουργῶν ἑλκομένων δι' ἀγορᾶς, καὶ πολυτέλειαν ὑπερήφανον, ἐκτομάς τε καταστρωμάτων ἐν ταῖς τριήρεσιν, ὅπως μαλακώτερον ἐγκαθεύδοι, κειρίαις, ἀλλὰ μὴ σανίσι τῶν στρωμάτων ἐπιβαλλομένων, ἀσπίδος τε διαχρύσου ποίησιν, οὐδὲν ἐπίσημον τῶν πατρίων ἔχουσαν, ἀλλ' Ἔρωτα κεραυνοφόρον.* cf. Hom. Il. VI, 442. *Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους.* No-

tum est quantam veteres in pallio colligendo posuerint diligentiam. cf. Athen. I. p. 78. *Ἔμελε δὲ αὐτοῖς καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσθῆτα· καὶ τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας ἔσκωπτον. Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ· „πάντα δυναμένου ὀξέως τε καὶ τορῶς διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευθερίως, οὐδὲ ἁρμονίαν λόγων λαβόντος ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων εὐδαιμόνων βίον.“* de quo loco vid. Casaubon. Commentar. ad Theophr. c. V. p. 143. et ad Athen. l. c. In hoc, qui erant negligentiores, rustici habebantur. cf. Athen. l. c. Apud Romanos idem prorsus obtinuit mos. vid. Plaut. Trinum. III, 1, 24. Cistellar. I, 1, 117. Hor. Sat. I, 3, 30. Epist. I, 1, 96. cf. Heins. ad Ovid. ex Pont. II, 5, 52. Burm. ad Ovid. Metam. IIII. 318. Boettig. Sabin. p. 398. Macrob. Sat. II, 9.

πρεπωδῶν] *πρεπῶδες* conveniens, decorum. Aristoph. Plut. v. 791.

> *ἐμοῦ γὰρ εἰσιόντος εἰς τὴν οἰκίαν*
> *πρώτιστα, καὶ βλέψαντος, οὐδὲν ἐκφέρειν*
> *πρεπῶδές ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰσφέρειν.*

ad quae Scholiast. *πρεπῶδες. πρέπον ἐστί, προσῆκον.* cf. v. 797.

τρίβων τὴν κεφαλήν.] Id docet Scholiastes Lucani ad Pharsal. VII, 726. indicium superbiae et luxuriae esse. „Duobus vitiis Pompeius laborabat, nam et favoribus multum gaudebat, et vitio superbiae quodammodo tangebatur. Nam uno digito caput scalpebat, quod est superbiae indicium. Martial. in Epigram.

> Magnus quem metuunt homines, digito caput uno
> Scalpit. quid, dicas, hunc sibi velle? virum.

Quidam autem luxuriae vitium esse dicunt, uno digito caput scalpere: ut Iuvenal. [Sat. VIIII, 131.]

Stantibus et salvis his collibus, undique ad illos
Conveniunt et carpentis, et navibus omnes,
Qui digito scalpunt uno caput.“

SCHOL.

vid. Senec. epist. 52. ad fin. Ammian. Marc. XVII, 11. Hunc morem uno digito caput scalpendi carpit Cicero de Iul. Caesare ap. Plutarch. Caes. c. IIII. Ἀλλ' ὅταν τὴν κόμην οὕτω διακειμένην περιττῶς ἴδω, κἀκεῖνον ἑνὶ δακτύλῳ κνώμενον, οὔ μοι δοκεῖ πάλιν οὗτος ἄνθρωπος εἰς νοῦν ἂν ἐμβαλέσθαι τηλικοῦτο κακὸν, ἀναίρεσιν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας. Item Clodius de Pompeio ap. Plutarch. Pomp. c. XXXXVIII. „Τίς ἐστιν αὐτοκράτωρ ἀκόλαστος;“ „τίς ἀνὴρ ἄνδρα ζητεῖ;“ „τίς ἑνὶ δακτύλῳ κνᾶται τὴν κεφαλήν;“ οἱ δ', ὥσπερ χορὸς εἰς ἀμοιβαῖα συγκεκροτημένος, ἐκείνου τὴν τήβεννον ἀνασείοντος, ἐφ' ἑκάστῳ μέγα βοῶντες ἀπεκρίναντο· „Πομπήϊος. cf. Dio. Cass. XXXVIIII, 19.

τὰς ὀφρύας ἀνασπᾷ] Convenit hic disertam Eustathii notam adscribere p. 553. Ἀνασπᾶν λέγεται καὶ ἐπὶ ἀλαζονείας, ὡς δηλοῖ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ λόγους ἀνέσπα, ὅμοιον τῷ ὀφρῦς ἀνασπᾶν. cf. Soph. Ai. 295. ed. Herm. Aristoph. Acharn. v. 1082.

καὶ μὴν ὁδί τις τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακὼς,
ὥσπερ τι δεινὸν ἀγγελῶν, ἐπείγεται.

Alex. ap. Athen. VI. p. 363. Schw.

τοὺς μὲν στρατηγοὺς τὰς ὀφρῦς ἐπὰν ἴδω
ἀνεσπακότας, δεινὸν μὲν ἡγοῦμαι ποιεῖν.

Demosth. de fals. legat. p. 401. ed. Bekk. ἐπειδὴ δὲ μυρία εἴργασται κακά, τὰς ὀφρῦς ἀνέσπακε. Lucian. Tim. §. 54. ἐκπετάσας τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας. Alciphr. Epist. I. 34. ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπενόησας σεμνός τις ἐγένου, καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας. Lucian. in amor. pag. 457. Hemsterh. id. Dialog. mort. X, 19. βούλει μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τῶν ὀφρύων;

μάλιστα· ὑπὲρ γὰρ τὸ μέτωπον ταύτας ἐπῆρκεν. Sed non tantum supra frontem attollere supercilia dixerunt Graeci, verum etiam supra verticem. Alex. ap. Athen. VI. p. 364.

ἐπὰν ἴδω κάτω βλέποντας, τὰς δ᾽ ὀφρῦς
ἔχοντας ἐπάνω τῆς κορυφῆς, ἀποπνίγομαι.

cf. Ammian. Marc. XVI, 12. Eodem modo dicitur τὸ πρόσωπον ἀνασπᾶν. Xenoph. Symp. III, 10. cf. Suid. s. v. ὀφρύς. et Toup. ad Suid. III. pag. 175, Fastum indicare supercilia, ibique superbiae esse sedem, docet Plin. H. N. XI, 37.

βάναυσος.] Ita nominabantur qui artes ignobiles, illiberales exercebant; eae enim videbantur Graecis οὐκ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μαθήματα, ut ait Plat. Alcibiad. I. c. 54. c. Hoc nomen imponit Demades Demostheni sine dubio propterea quod is fabri filius erat. cf. Plutarch. Demosth. c. IIII. De hoc nomine vid. Etym. M. p. 187. Valcken. ad Ammon. III, 14. Heindf. ad Platon. Theaetet. §. 85. Haase ad Xenoph. rempubl. Lacedaem. I, 3. cf. Soph. Ai. v. 1100. ed. Herm.

II.

Diod. Sic. XVI, 87. Δημάδην δὲ τὸν ῥήτορα κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ὄντα χρήσασθαι παῤῥησίᾳ, καὶ λόγον ἀποφθέγξασθαι δυνάμενον ἀναστεῖλαι τὴν τοῦ βασιλέως ἀσέλγειαν. φασὶ γὰρ εἰπεῖν αὐτόν·

Βασιλεῦ, τῆς τύχης σοὶ περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου;

„Demadem oratorem qui inter captivos tunc erat, orationis libertate usum, verba coercendae regis petulantiae accommodata protulisse. Ad hunc vero modum locutus fertur: O rex, cum fortuna tibi Agamemnonis personam imposuerit, non pudet te facere quae sunt Thersitae?“

Id dictum, quod ab Erasm. in lib. apophth. p. 457. receptum est, ad Ol. CX, 3. referendum esse dixi p. 23. De Thersite vid. Hom. Il. II, 212. Soph. Phil. v. 436. ed. Herm.

III.

Sext. Empir. p. 281. ed. Fabric. ἡ μὲν γὰρ ὁμιλητικὴ οὐκ ἀπὸ γραμματικῆς περιγίνεσθαι πέφυκεν, ἀλλ' ἀπὸ κοινῆς τινος ἐντρεχείας. Εἰ μήτι καὶ Δημάδης ὁ ῥήτωρ γραμματικὸς ὤν, πολλοῖς τῶν Ἀθηναίων μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ ἧτταν συναιχμαλωτισθείς, καὶ εἰπὼν πρὸς τὸν Φίλιππον ἀναγκάζοντα εὐωχεῖσθαι·

τίς γάρ κεν ἀνήρ, ὃς ἐναίσιμος εἴη
πρὶν τλαίη πάσασθαι ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος
πρὶν λύσασθ' ἑτάρους καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.

ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τὰς τῶν γραμματικῶν ἐπιχειρήσεις λεγέσθω.

„Ars enim colloquendi minime proficiscitur a Grammatica, sed a quadam communi dexteritate et solertia. Nisi forte Demades orator fuit grammaticus, qui cum multis Atheniensibus captus post proelium Chaeronense dixit Philippo qui eum cogebat inire convivium:

Nam quis vir iustus et aequus
Antea sustineat potuque ciboque repleri
Servitio socios quam viderit esse solutos.

Haec igitur contra grammaticorum argumentationes dicta sint.

τίς γάρ κεν] Ex Odyss. κ'. v. 383. ex quo loco emendavi etiam ὃς ἐναίσιμος pro αἰνέσιμος quod in editis erat. Iisdem Homeri versibus non minus felici cum successu usus Xenocrates ad Antipatrum, persuasurus illi ut captos bello Lamiaco Athenienses in libertatem resti-

ceret, teste Laertio IV, 9." FABRIC. Ultimam voc. ratea syllabam longam esse non animadvertisse videtur Fabric.

IIII.

Stob. ed. Gaisf. LIIII, 47. *Δημάδης ὁ ῥήτωρ ληφθεὶς αἰχμάλωτος ἐν τῇ κατὰ Χαιρώνειαν μάχῃ ὑπὸ Φιλίππου, καὶ συσταθεὶς αὐτῷ, ἐκείνου παρὰ πότον σεμνυνομένου· Ποῦ ἡ εὐγένεια καὶ ἡ ὑπεροχὴ τῆς Ἀθηναίων πόλεως;*

Ἔγνως ἄν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τὴν τῆς πόλεως δύναμιν, εἰ Ἀθηναίων μὲν Φίλιππος, Μακεδόνων δὲ Χάρης ἐστρατήγει.

„Demades orator captus in proelio Chaeronensi, et ad Philippum admissus, cum ille superbiens in convivio interrogaret: Ubi nobilitas et praestantia urbis Atheniensium? Cognitas haberes, respondit, o rex, urbis vires, si Philippus Atheniensium, Macedonum Chares dux fuisset."

Eadem reperiuntur in Plutarchi libro de nobilitate c. II. in Wolf. Anecd. pag. 182 b. *ἐν τῇ πολυκηδεστάτῃ ἐκείνῃ Χαιρωνείᾳ μάχῃ γενόμενος ὑπὸ Φιλίππου Δημάδης αἰχμάλωτος ἐρωτῶντι αὐτῷ, ποῦ τῶν Ἀθηναίων εὐγένεια; ποῦ τῶν Κεκροπιδῶν γένος; ποῦ ῥώμη; οἶσθά, φησιν, ἄν, ὦ βασιλεῦ, εἰ τῶν μὲν Ἀθηναίων ὁ Φίλιππος, τῶν δὲ Μακεδόνων ἦρχεν ὁ Χάρης.* Id ad Ol. CX, 3. referendum esse per se patet. De Charete cf. Xenoph. Hellen. VII, 2, 17—23. Demosth. de fals. legat. 406. ed. Bekk. Diod. Sic. XV, 75.

V.

Aristot. rhetor. II, 24. (al. 26.) *παρὰ τὸ ἀναίτιον ὡς αἴτιον. οἷον τῷ ἅμα, ἢ μετὰ τοῦτο γεγονέναι. τὸ γὰρ μετὰ τοῦτο, ὡς διὰ τοῦτο, λαμβάνουσι, καὶ μάλιστα οἱ ἐν ταῖς πολιτείαις· οἷον ὡς ὁ Δημάδης τὴν Δημο-*

σθένους πολιτείαν, πάντων τῶν κακῶν αἰτίαν· μετ' ι
νην γὰρ συνέβη ὁ πόλεμος.

„Quod in causa non est, id ut causam ponere
quia simul aut postea factum sit. Quod enim p
evenit, quasi propterea evenerit, accipiunt et maxime q
rebus publicis versantur. Ut quod Demades' Demo
nis administrationem malorum omnium causam exsi
dicit: postea enim contigit ut bellum excitaretur."

Quaenam sit hic Demosthenis administratio i
genda ex seq. Dionys. Halicarn. loco apparebit. l
ad Ammaeum c. XII. pag. 124. ed. Sylb. Ἑτέραν
θήσω μαρτυρίαν παρὰ τοῦ φιλοσόφου λαβών,
ἔτι μᾶλλον ἔσται φανερὸν ὅτι μετὰ τὸν πόλεμο
συμβάντα τοῖς Ἀθηναίοις πρὸς Φίλιππον, αἵ ρ
καὶ συνετάχθησαν ὑπ' αὐτοῦ τέχναι, Δημοσθ
ἀκμάζοντος ἤδη κατὰ τὴν πολιτείαν, καὶ πάντας ει
τος τούς τε δημηγορικοὺς καὶ τοὺς δικανικοὺς λ
ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἐμνήσθην· διεξιὼν γὰρ τοὺς ι
τῶν ἐνθυμημάτων ὁ φιλόσοφος, καὶ τὸν ἐκ τῆς
τίθησι. παρέξομαι δὲ τὴν ἐκείνου λέξιν· „.
παρὰ τὸ ἀναίτιον ὡς αἴτιον οἷον τῷ ἅμα κ. τ. λ
quo, quod hic Demades de Demosthene dixit ad p
Chaeronensem referendum esse apertum est. cf.
ton. fast. hellen. pag. 163. ed. Krueger.

VI.

Demetr. de elocut. §. 301. τοῦτο τὸ ψήφισμ
ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλ' ὁ πόλεμος, τῷ Ἀλεξάνδρου
γράφων.

Cf. Apophth. XXXIII. Id temporibus quae '
rum excidium Ol. CXI, 2. a. C. 335 mox sequel
videtur adsignandum esse.

VII.

Valer. Max. VII, 2, 13. Demadis quoque dictum sa-
ns. Nolentibus enim Atheniensibus divinos honores
xandro decernere:

Videte, inquit, *ne dum coelum custoditis, terram amittatis.*

Id dictum ad idem referendum esse tempus, atque
tum, per se intelligitur. cf. Aelian. V. H. V, 12. quem
um p. 48. adscripsi. Sententia sine dubio haec est: ve-
ndum esse Atheniensibus, ne dum negarent Alexandro
elum, hoc est in deorum non referrent numerum, ipsi
Alexandro expellerentur natali solo. Erasmus autem
versum plane ab hoc sensum expressit lib. apophth.
457. „Cum Athenienses vellent Alexandro divinos
nores decernere: Videte, inquit, ne dum coelum custo-
tis, terram amittatis. Alexander enim ambiebat mo-
rchiam. Absurdum autem erat eos sic alium donare
elo, ut ipsi terra sua pellerentur.“ Eius error ab eo
ofectus esse videtur, quod in Val. M. loco volentibus
o nolentibus legit. cf. Paul. Leopard. Emendat. X,
. in Ian. Gruter. Lampad. T. III. p. 203.

VIII.

Tzetz. Chiliad. VI, 16.

ατὰ Δημάδου λέγει (Τίμαρχος) δὲ καὶ φλυαρεῖ ὁπόσα,
ὶ υἱῷ τὸν Φίλιππον γαμβρὸν κατονομάζων,
θ' ὧν ὑπῆρχεν ἐραστὴς εἰρήνης ὁ Δημάδης
ίσκων, ἀνάνδρους οὐ καλῶ καθάπερ Δημοσθένης,
αῤῥινίζων πόλεμον, εἰρήνην ἀπελαύνων,
ιλός εἰμι, καὶ ἐραστὴς καθέστηκα εἰρήνης,
στέργω μάχης ἀραγμούς, οὐδὲ πολέμων κρότους,
δὲ πρὸς πολυάνδριον θέλω φιλοτιμεῖσθαι.
έρὶ εἰρήνης λέγοντι, ὦ ἄνδρες, πείθεσθέ μοι,
ὀχλοκόπῳ δὲ ἀνδρὶ μάτην ὀχλοκοποῦντι·
τεστροφὴ γὰρ γίνεται πραγμάτων τῷ πολέμῳ·

θάπτει πατὴρ τὸν παῖδα γάρ, γέρων τὸν γηροτρόφ
εἴθ᾽ ὤφελον Δημάδην μὲν ἔχειν καὶ οἱ Θηβαῖοι·
ἔτι γὰρ ἄν, Δημόσθενες, ἦσαν αἱ Θῆβαι πόλις·
νῦν δ᾽ εἰσὶ πολυάνδριον καὶ τόπος οἰκοπέδων.

„Quae contra Demadem dicit Timarchus et nugat propter filium, Philipptum generum appellans, propter quod erat amator pacis Demades, dicens: ignavos m nomino, ut Demosthenes qui bellum incendit pacem re pellit; timidus sum et amator exstiti pacis; non dil pugnae strepitum, et armorum fragorem, neque ad sep crum cupio ambitione ferri. De pace dicenti, o viri, ob dite mihi, non autem viro illi temere populi favorem a bienti; rerum enim conversio e bello oritur; sepelit pa ter filium, senex eum qui senem alat. Utinam Dem dem habuissent etiam Thebani; essent enim etiamnu Thebae urbs, nunc autem sunt sepulcrum et locus desertus

Ex ultimis versibus apparet hunc Tzetzae loc pariter ad Ol. CXI, 2. esse referendum. cf. p. 41. et 54

VIIII.

Plutarch. praec. reip. ger. c. XXV. *οὐ χεῖρον δὲ καὶ μετάγειν ἐπ᾽ ἄλλα χρειώδη τὸ σπουδαζόμενον, ὡς ἐποίησε Δημάδης, ὅτε τὰς προσόδους εἶχεν ὑφ᾽ ἑαυτῷ τῆς πόλεως· ὡρμημένων γὰρ ἐκπέμπειν τριήρεις βοηθοὺς τοῖς ἀφισταμένοις Ἀλεξάνδρου, καὶ χρήματα κελευόντων παρέχειν ἐκεῖνον·*

> *Ἔστιν ὑμῖν, ἔφη, χρήματα· παρεσκευασάμην γὰρ εἰς τοὺς χόας, ὥσθ᾽ ἕκαστον ὑμῶν λαβεῖν ἡμιμναῖον· εἰ δὲ εἰς ταῦτα βούλεσθε μᾶλλον, αὐτοὶ καταχρῆσθε τοῖς ἰδίοις.*

καὶ τοῦτον τὸν τρόπον, ὅπως μὴ στεροῖντο τῆς διανομῆς, ἀφέντων τὸν ἀπόστολον, ἔλυσε τὸ πρὸς Ἀλέξανδρον ἔγκλημα τοῦ δήμου.

„Non minus expedit id cui populus studet, ad alias res traducere, sicut fecit Demades, quo tempore urbis

tus in sua habuit potestate. Cupientibus enim Athe- isibus triremes dimittere auxilio iis qui ab Alexandro :cerant, et ab ipso pecuniam poscentibus: In promptu is est, inquit, pecunia; eam enim ita ad Choas com- avi, ut quisque vestrum accipiat dimidiam minam; id si potius in classem hanc pecuniam voltis impendi, vestris ipsorum rebus abutimini. Atque hoc modo , ne largitione ista spoliarentur, classis apparatum ttentibus, effecit ne Alexander haberet quo nomine po- ım iuste culparet."

Perperam intellexit hunc locum Erasmus lib. apophth. . 457. „Demades quaestor, populo huic persuaso ut qui ab Alexandro desciverant, triremes auxiliares mit- nt, iubentique ut illico pecunias depromeret: paratae t, inquit, pecuniae, o viri Athenienses, quas in con- s deposueram, ut singuli minae dimidium accipere- verum si has mavultis in hunc usum erogari, per me lem ut vestris sicuti libet utamini licet." Ad quod pus haec pertineant, iam antea pag. 29. dixi. Reli- m est ut qui fuerint Choes, explicem. De hac re uitur Suid. s. v. *χόες*. *Χόες ἑορτή τις ἦν παρὰ ηναίοις, ἀγομένη Ἀνθεστηριῶνος δωδεκάτῃ· φησὶ Ἀπολλόδωρος, Ἀνθεστήρια καλεῖσθαι κοινῶς τὴν ιν ἑορτὴν τῷ Διονύσῳ ἀγομένην· κατὰ μέρος δὲ Πι- γίαν,* [*Πιθοίγια*] *Χοᾶς,* [*Χόας*] *Χύτρους.* cf. Har- r. v. *Χόες.* Hesych. v. *δωδεκάτη.* Phot. Lex. v. *μιαρὰ ἑρα.* Valcken. ad Ammon. III, 19. * Originem huius ninis exponit Scholiast. ad Aristoph. Acharn. v. 972. 0.) *ὅτι Ὀρέστης μετὰ τὸν φόνον εἰς Ἀθήνας ἀφι- ιενος, ἦν δὲ ἑορτὴ Διονύσου Ληναίου, ὡς μὴ γένοιτο σιν ὁμόσπονδος ἀπεκτονὼς τὴν μητέρα, ἐμηχανήσατο όνδε τι Πανδίων. χοᾶ οἴνου τῶν δαιτυμόνων ἑκάστῳ ραστήσας, ἐξ αὐτοῦ πίνειν ἐκέλευσε μηδὲν ὑπομι- ὄντας ἀλλήλοις, ὡς μήτε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος πίοι*

'Ορέστης, μήτ' ἐκεῖνος ἄχθοιτο καθ' αὐτὸν πίνων μόνο
cf. Suid. s. v. Athen. X. pag. 437. Schw. M. G. Hermann. *Die Feste von Hellas.* T. I. p. 556 sq. Hunc festum diem attigit etiam Boeckh. in egregia illa dissertatione, ubi falsis aliorum sententiis refutatis luculenter demonstravit Lenaea, Anthesteria, Dionysia maiora et minora, quattuor Atticorum diversa solemnia fuisse. Vid. dissertatt. Academ. Berolin. ann. 1816 — 1817. pag. 47. Quae de hac re dicit praecipua vir celeberr. hic adscribam pag. 106. „An den Choen zahlt der Staat den Bürgern Theorikon, damit sie sich selbst verköstigen können, (id enim e nostro loco apparet) die Gastgeber, vielleicht nur geheiligte Personen beim Dienste des Gottes, wie in den Acharnern der Priester des Dionysos, laden Gäste: der Wirth liefert die Tische und Ruhebetten, Kränze, Salben, Kuchen, Naschwerk, Tänzerinnen, etwa auch gefällige Dirnen; aber die eigentliche Mahlzeit bringt jeder Gast vom Hause mit, nebst seinem Chus Wein (Vgl. Aristoph. Acharn. v. 1084 — 1141 und Schol. z. v. 1085. Athen. VII. S. 276. B. C.) Aus dieser Sitte scheint die andere entstanden, dass an den Choen den Sophisten der Ehrensold und Geschenke gesandt wurden, und die Sophisten selbst ihre Bekannten einluden (Athen. X. S. 437 D.) — An den Choen giebt bei dem öffentlichen Gastmahle der König den Preis, (Aristoph. Acharn. v. 1232. und Schol.) welcher nach Aristophanes (Acharn. 1001.) in dem Schlauche, nach andern ursprünglich in einem Kuchen bestand; (Phanodemos bei Athen. X. S. 437. c.) er wählt die heiligen Frauen (γεγαιραι) (Pollux VIII, 108.) und erscheint in den mythischen Erzählungen überhaupt als Ordner des Festes; (Apollod. beim Schol. Acharn. 960. Phanod. a. a. O.) welches auch dem späteren Archon König bleiben musste, wie der Königin die Vermählung mit dem Dionysos und der übrige heilige

Dienst an diesem Feste und zwar gerade an dem Choentage blieb; (Rede gegen Neära S. 1369. ff. vgl. Thucyd. II, 15.) er ist der Vollbringer aller altväterlicher Opfer (*πάτριοι θυσίαι*). (Pollux VIII, 90.)“

X.

Poll. Onomast. VII, 104. ed. Hemsterhus. *ἀργυράγχη; ὡς Δημάδης σκώπτων Δημοσθένη, συνάγχῃ λέγοντα εἰλῆφθαι.*

„Argentangina, ut Demades Demosthenem scommate elusit, angina se teneri dicentem.

Demosthenes enim cum *συνάγχῃ* se laborare, ideoque contra Milesios se dicere non posse diceret, Demades exclamavit non esse *συνάγχην*, sed *ἀργυράγχην*, id est argento eum esse corruptum; quae vox deinde et in alios qui lucri causa tacerent usurpari et in proverbium abire coepit. Vid. Plutarch. Phoc. [Demosth.] p. 626. [c. XXV.] Gell. XI, 9.“ HEMSTERH. Hic vir illustriss. cum haec ad id tempus referat quo Milesii Athenas miserunt legatos, qui auxilia peterent, ad Gellii tantum narrationem spectare videtur, qui idem memorat, eo autem non nominato, qui haec verba dicit. lib. XI. c. 9. „Critolaus scri„psit, legatos Mileto publicae rei causa venisse Athenas, „auxilii petendi gratia. Tum qui pro sese verba face„rent, quos visum erat advocasse, advocatos (uti erat „mandatum) verba pro Milesiis ad populum fecisse, De„mosthenem Milesiorum postulatis acriter respondisse, „neque Milesios auxilio dignos, neque ex republica id „esse contendisse. Rem in posterum diem prolatam, le„gatos ad Demosthenem venisse, magnoque opere orasse, „uti contra ne diceret: eum pecuniam petivisse, et quan„tum petiverat, abstulisse. Postridie cum res agi denuo „coepta esset, Demosthenem lana multa collum cervices„que circumvolutum, ad populum prodisse, et dixisse se

„συνάγχην pati, eo contra Milesios loqui non quire. Tum „e populo unum exclamasse: non συνάγχην, quod Demo-„sthenes pateretur, sed ἀργυράγχην esse.“ Ad aliud vero tempus haec refert Plutarch. Demosth. c. XXV. Postquam enim memoravit Harpalum Alexandri satrapam Athenas fugisse, Demosthenemque initio contra eum verba fecisse, deinde vero munera ab eo accepisse, ita pergit: οὐ γὰρ ἀντέσχεν ὁ Δημοσθένης, ἀλλὰ πληγεὶς ὑπὸ τῆς δωροδοκίας ὥσπερ παραδεδεγμένος φρουρὰν προσκεχωρήκει τῷ Ἁρπάλῳ· καὶ μεθ' ἡμέραν εὖ καὶ καλῶς ἐρίοις καὶ ταινίαις κατὰ τοῦ τραχήλου καθελιξάμενος εἰς τὴν ἐκκλησίαν προῆλθε. καὶ κελευόντων ἀνίστασθαι καὶ λέγειν διένευεν, ὡς ἀποκεκομμένης αὐτῷ τῆς φωνῆς. Οἱ δ' εὐφυεῖς χλευάζοντες οὐχ ὑπὸ συνάγχης, ἔφραζον, ἀλλ' ὑπ' ἀργυράγχης εἰλῆφθαι νύκτωρ τὸν δημαγωγόν. Quod si Plutarchi narrationi fidem habemus, hoc Demadis apophthegma Ol. CXIII, 4. enuntiatum esse affirmabimus. cf. pag. 34.

XI.

Plutarch. Phoc. c. XXII. πρώτου δ' Ἀθηναίοις Ἀσκληπιάδου τοῦ Ἱππάρχου τεθνάναι προσαγγείλαντος Ἀλέξανδρον, ὁ μὲν Δημάδης ἐκέλευσε μὴ προσέχειν·

πάλαι γὰρ ἂν ὅλην ὄζειν νεκροῦ τὴν οἰκουμένην.

„Cum Asclepiades Hipparchi filius Atheniensibus primus Alexandri mortem nuntiasset, negavit ei Demades credendum: iampridem enim cadaveris odorem totum terrarum orbem fuisse impleturum.“

Id ad Ol. CXIIII, 2, a. C. 323. referendum esse videtur. De genit. qui verbis olendi adiungitur vid. Matth. Gramm. Gr. §. 376. cf. Apophth. XXXIII.

XII.

Plutarch. Galb. I. Δημάδης μὲν γὰρ Ἀλεξάνδρου τελευτήσαντος εἴκαζε τὴν Μακεδόνων στρατιὰν ἐκτετυφλωμένῳ τῷ Κύκλωπι πολλὰς κινουμένην ὁρῶν κινήσεις ἀτάκτους καὶ παραφόρους.

„Demades enim defuncto Alexandro Macedonum exercitum Cyclopi excoecato comparabat, quod in multis confusis et incompositis motibus cum cerneret versantem."

Id pariter ad Ol. CXIIII, 2. esse referendum, per se patet. cf. Erasm. lib. apophth. pag. 457. vid. Apophth. XXXIII.

XIII.

Stob. XXVIIII, 91. Δημάδης ἐρωτηθεὶς, τίς αὐτοῦ διδάσκαλος γεγονὼς εἴη·

τὸ τῶν Ἀθηναίων, ἔφη, βῆμα.

Ἐμφαίνων, ὅτι ἡ διὰ τῶν πραγμάτων ἐμπειρία κρείττων πάσης σοφιστικῆς διδασκαλίας ἐστίν.

„Demades interogatus quis eius praeceptor fuisset: Atheniensium, respondit, tribunal. Indicans experientiam in ipsis negotiis quavis sophistarum institutione meliorem esse." Cf. pag. 32.

XIIII.

Plutarch. Demosth. c. XIII. οὐ γὰρ (Δημοσθένης) ὡς Δημάδης ἀπολογούμενος διὰ τὴν ἐν τῇ πολιτείᾳ μεταβολὴν ἔλεγεν·

αὐτῷ μὲν αὐτὸν τἀναντία πολλάκις εἰρηκέναι,
τῇ δὲ πόλει μηδέποτε.

„Neque enim, ut Demades, excusans suam in republica admistranda inconstantiam, dixit: sibi ipsi se saepe, reipublicae nunquam contraria dixisse."

Cf. pag. 47.

XV.

Plut. Phoc. init. Δημάδης ὁ ῥήτωρ, ἰσχύων ἐν ταῖς Ἀθήναις διὰ τὸ πρὸς χάριν πολιτεύεσθαι κεδόνων καὶ Ἀντιπάτρου, πολλὰ δὲ γράφειν καὶ ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως ι ἦθος, ἔλεγε·

συγγνώμης ἄξιος εἶναι πολιτευόμενος τὰ ν τῆς πόλεως.

„Demades orator, quia Macedonum et Antip gratiam rempublicam administraret, Athenis pollen multa proponere et dicere cogeretur, praeter (dignitatem et morem, ignoscendum dicebat sibi ess naufragia civitatis gubernaret."

Cf. pag. 10. Eadem reperiuntur in lib. rei praec. c. VI. cf. Boeckh. *Staatshaushaltung der ner.* T. I. p. 243.

XVI.

A. Gell. Noctt. Att. XI, 10. Legationes a cum putant eos (sc. qui tacent) sua causa reticer ptus atque pecunias maximas praebent, uti in ten cia. Quo in tempore tragoedus gloriae sibi duc lentum magnum ob unam fabulam datum esse, hc quentissimus civitatis suae, Demades ei respondisse

Mirum tibi videtur, si tu loquendo talentu sisti? Ego ut tacerem, decem talenta a rege

Idem de Demosthene, quod vix credas, ref lius superiore capite: „Ipse etiam Demosthenes, Critolaus refert, non id (sc. quod Apophth. X. ı est) postea concelavit, quin gloriae quoque hoc s gnavit. Nam cum interrogasset Aristodemum fabularum quantum mercedis, uti ageret, accep

Aristodemus talentum respondisset: At ego, plus, inquit, accepi ut tacerem.

XVII.

Plutarch. Plat. quaest. c. X. ὡς ἔλεγε Δημάδης, κόλλαν ὀνομάζων τὰ θεωρικὰ τῆς δημοκρατίας.

„Ut dixit Demades, theorica gluten esse popularis imperii."

De largitionibus pecuniae quae inter cives distribuebantur (θεωρικοῖς) vid. Boeckh. *Staatshaushaltung der Athener*. T. I. p. 196. „Durch das Theorikon (τὸ θεωρικόν, τὰ θεωρικά, oder θεωρικὰ χρήματα) die verderblichste Ausgeburt des Perikleischen Zeitalters, entstand in einem kleinen Freistaate eine solche Verschwendung, welche verhältnifsmäfsig nicht geringer war als an den üppigsten Höfen, und grofse Summen verschlang, während die Kriege aus Geldmangel verloren gingen. „Man versteht darunter die Gelder, welche zur Feier der „Feste und Spiele dem Volke ausgetheilt wurden, theils „um ihnen das Eintrittsgeld ins Schauspiel zu erstatten, „theils zur Bereitung einer bessern Mahlzeit; zum Theil „wurden sie auf Opfer verwandt, womit eine öffentliche „Speisung verbunden war. Der Natur der Sache nach „war dazu der Ueberschufs der Verwaltung bestimmt; „aber in den älteren Zeiten wurde daneben noch der „Schatz bedacht: später konnte um so weniger etwas in „den Schatz kommen, da nicht einmal die Kriegskasse „den Ueberschufs erhielt."

XVII.

Suid. s. v. Δημάδης. λόγους δὲ διδοὺς ἀρχῆς θορυβηθεὶς ἀπεδήμησεν,

οὔτε ἑαυτῶν, εἰπών, ἐστὲ κύριοι, οὔτε ἐμοῦ.

„Cum magistratus a se gesti rationes redderet, ob metum ex urbe cessit: nec ipsi vestrum, Athenienses, inquiens, nec mei estis domini.“

XVIIII.

Aelian. V. H. XIIII, 10. *προείλοντο του Φωκίωνος Ἀθηναῖοι τὸν Δημάδην στρατηγεῖν. ὁ δὲ προτιμηθεὶς καὶ μέγα φρονῶν, προσελθὼν τῷ Φωκίωνι·*

χρῆσόν μοι, ἔφη, τὴν ῥυπαρὰν χλαμύδα, ἣν εἰώθεις φορεῖν περὶ τὴν στρατηγίαν.

καὶ ὅς, οὐδέποτε, εἶπεν, οὐδενὸς ῥυπαροῦ σὺ ἀπορήσεις, ἔστ' ἂν εἶ [ῄς?] τοιοῦτος.

„Prae Phocione Athenienses Demadem exercitus ducem crearunt. ille vero antepositus, et inde superbiens, cum Phocionem adiisset: commoda, inquit, mihi sordentem istam chlamydem, quam gestare solebas, cum dux esses. Cui respondens Phocio: nunquam, inquit, quicquam tibi sordidum deerit, dum talis fueris.“

XX.

Plutarch. Phoc. c. XX. *εἰπόντος δὲ τοῦ Δημάδου πρὸς αὐτόν· (Φωκίωνα)*

Τί οὐ πείθομεν, ὦ Φωκίων, Ἀθηναίους τὴν Λακωνικὴν προσδέξασθαι πολιτείαν, ἐὰν γὰρ σὺ κελεύῃς, ἐγὼ γράφειν καὶ λέγειν ἕτοιμός εἰμι.

Πάνυ γοῦν, ἔφη, πρέψειεν ἂν σοὶ, μύρου τοσοῦτο ὄζοντι, καὶ χλαμύδα τοιαύτην φοροῦντι, συμβουλεύειν Ἀθηναίοις περὶ φιλιτίων, καὶ τὸν Λυκοῦργον ἐπαινεῖν“

„Cui quum dixisset Demades: Quin persuademus, Phocio, populo Atheniensi, ut instituta Laconica recipiat: quod si tu mihi auctor sis, paratus sum ad ferendam et suadendam legem. Tibi vero, inquit, admodum conveniret, tantopere unguentum redolenti, et chlamydem istam

stanti, de coena Laconica suadere Atheniensibus, et dare Lycurgum.“

XXI.

Plutarch. de cupid. divit. pag. 525 B. ὁ γοῦν Δημάδης ἐπιστὰς ἀριστῶντί ποτε Φωκίωνι, καὶ θεασάμενος αὐτοῦ τὴν τράπεζαν αὐστηρὰν καὶ λιτήν,

> θαυμάζω σε, ὦ Φωκίων, εἶπεν, ὅτι οὕτως ἀριστᾶν δυνάμενος, πολιτεύῃ.

αὐτὸς γὰρ εἰς τὴν γαστέρα ἐδημαγώγει καὶ τὰς Ἀθήνας μικρὸν ἡγούμενος τῆς ἀσωτίας ἐφόδιον ἐκ τῆς Μακεδονίας ἐπεσιτίζετο, καὶ διὰ τοῦτο Ἀντίπατρος εἶπε, θεασάμενος αὐτὸν γέροντα, καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου, μηδὲν ἔτι λοιπὸν ἢ τὴν γλῶσσαν εἶναι καὶ τὴν κοιλίαν.

„Demades cum aliquando prandenti Phocioni supervenisset, videretque eius mensam austeram et tenuem: Miror, inquit, te, Phocio, qui sic prandere possis, reipublicae administrandae navare operam. Ipse enim pro ventre suo populum regebat, et quod Athenas exiguum intemperantiae suae putaret viaticum, e Macedonia commeatum petebat. Itaque Antipater senem eum conspicatus dixit: Demadis tanquam confectae victimae nihil superesse praeter ventrem et linguam.“

Cf. pag. 52. Id recepit Erasmus in lib. Apophth. pag. 457.

XXII.

Plutarch. Phoc. c. XXX. Δημέᾳ δέ, τῷ υἱῷ νύμφην ἀγόμενος·

> Ἐμοῦ μέν, εἶπεν, ὦ παῖ, τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος, οὐδ' ὁ γείτων ᾔσθετο· τοῖς δὲ σοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσται συγχορηγοῦσιν.

„Demeae filio uxorem despondens: Cum ego, inq mi fili, matrem tuam ducerem, ne vicinus quidem se ad tuas vero nuptias celebrandas conferent etiam reg et dynastae." Cf. pag. 57.

XXIII.

Plutarch. Sol. c. XVII, Πρῶτον μὲν οὖν τοὺς Δράκοντος νόμους ἀνεῖλε (Σόλων) πλὴν τῶν φονικῶν ἅπαντας, διὰ τὴν χαλεπότητα καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἐπιτιμίων. Μία γὰρ ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ὥριστο τοῖς ἁμαρτάνουσιν ζημία, θάνατος· ὥστε καὶ τοὺς ἀργίας ἁλόντας ἀποθνήσκειν, καὶ τοὺς λάχανα κλέψαντας ἢ ὀπώραν, ὁμοίως κολάζεσθαι τοῖς ἱεροσύλοις καὶ ἀνδροφόνοις. Διὸ Δημάδης ὕστερον εὐδοκίμησεν, εἰπών·

ὅτι δι᾽ αἵματος, οὐ διὰ μέλανος τοὺς νόμους ὁ Δράκων ἔγραψεν.

„Et primum leges Draconis ob asperitatem et poenarum atrocitatem cunctas abrogavit, praeter eas quae ad caedem pertinebant. Una enim omnibus noxiis imposita erat poena, mors: ita ut segnitiei damnati morte mulctarentur, et qui olera surripuissent vel poma, non secus ac sacrilegi et homicidae punirentur. Unde postmodum laudatus est Demades, cum diceret: sanguine Draconem, non atramento scripsisse leges."

Idem memorat Tzetzes Chiliad. V, 342.

Πρῶτος ὁ Δράκων γέγονεν Ἀθήναις νομογράφος,
ἅπασι τοῖς ἐγκλήμασι μέχρι κλοπῆς λαχάνων
φόνον τὸ ἐπιτίμιον ἀνηλεῶς ὁρίζων.
Δι᾽ ὃν Δημάδης ὕστερον ῥήτωρ ὡραῖος κάλλει,
πολὺ δὲ ὡραιότερος ἀποφθεγμάτων λόγοις
μεγάλως εὐδοκίμησεν ἐν κριτηρίῳ λέξας·
ἔοικεν, ἄνδρες δικασταί, Δράκων ὁ νομογράφος
οὐ μέλανι, δι᾽ αἵματος τοὺς νόμους δὲ χαράξαι.

Idem Horatio ob oculos fuisse videtur, cum scripsit I, 3, 111.

ura inventa metu iniusti fateare necesse est,
Tempora si fastosque velis evolvere mundi.
Nec natura potest iusto secernere iniquum,
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis:
Nec vincet ratio hoc, tantumdem ut peccet idemque,
Qui teneros caulis alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus sacra Divum legerit; adsit
Regula, peccatis quae poenas irroget aequas,
Ne scutica dignum horribili sectere flagello.

Lambin. a. h. l. T. II. pag. 40.

XXIIII.

Stob. LXXIIII, 56. ed. Gaisfd. Δημάδης εἶπε τὴν ἰδῶ τοῦ κάλλους ἀκρόπολιν εἶναι.

„Demades dixit pudorem pulchritudinis arcem esse."

De scriptura αἰδῶ pro αἰδώ cf. Haase ad Xenoph. publ. Lacedaem. II, 2.

XXV.

Plutarch. Apophth. Lacon. p. 216. c. Ἆγις ὁ νεώτερος Δημάδου λέγοντος,

ὅτι τὰ Λακωνικὰ ξίφη διὰ μικρότητα καταπίνουσιν οἱ θαυματοποιοί.

ὶ μήν, ἔφη, οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν πολεμίων τοῖς ξεσιν ἐφικνοῦνται.

„Agis minor, Demade dicente, praestigiatores gladios conicos ob parvitatem deglutire: et tamen, inquit, glas Lacedaemonii hostem attingunt."

Idem dictum reperitur in Apophth. reg. p. 191. E. vit. Lycurg. c. XVIIII. Demade autem in posteriore n. nominato. Ἆγις ὁ βασιλεὺς σκώπτοντος Ἀττικοῦ ος τὰς Λακωνικὰς μαχαίρας εἰς τὴν μικρότητα, καὶ

λέγοντος, ὅτι ῥᾳδίως αὐτὰς οἱ θαυματοποιοὶ καταπίνουσιν ἐν τοῖς θεάτροις· καὶ μὴν μάλιστα, εἶπεν, ἡμεῖς ἐφικνούμεθα τοῖς ἐγχειριδίοις τῶν πολεμίων. ubi qui vitas Thes. Romul. Lycurg. et Num. Pompil. edidit E. H. G. Leopold. Lips. 1799. non accurate Agidis responsum vertisse videtur: Atqui his gladiolis optime hostes impetimus. Non enim optime sed potissimum vertere debebat, cum sensus hic sit: „tanta est nostra fortitudo in impetendo hoste, et tam prope ei accedimus, ut maioribus gladiis non indigeamus.“ Ad quod clarius explicandum aptum videtur hoc Antalcidae dictum ap. Plutarch. apophth. lacon. p. 217. E. *πρὸς δὲ τὸν ἐπιζητοῦντα ὅτι ἐγχειριδίοις βραχέσιν κατὰ πόλεμον χρῶνται Λακεδαιμόνιοι· Διότι, εἶπε (Ἀνταλκίδας) πλησίον τοῖς πολεμίοις μαχόμεθα.*

XXVI.

Stob. IIII, 69. *Δημάδης τοὺς Ἀθηναίους εἴκαζεν αὐλοῖς, ὧν εἴτις ἀφέλοι τὴν γλῶτταν, τὸ λοιπὸν οὐδέν ἐστι.*

„Demades Athenienses comparabat tibiis, quarum linguam si quis demat, reliquum nihil esse.“

De *αὐλοῖς* quos maiorem constat habuisse similitudinem cum illis instrumentis quae recentiores *Oboen* vocant, quam quae *Flöten* nominantur, vid. Poll. Onom. IIII, 64. — 74. Meurs. collectan. de tibiis in Gronov. thes. ant. gr. T. VIII. p. 2453. Ruperti. *Grundrifs der Geschichte Erd- u. Alterthumskunde, Literatur u. Kunst der Römer.* pag. 887. Voss. ad Virgil. eclog. et georgic. passim. *γλῶττα,* (de qua Poll. IIII, 70. *τῶν ἄλλων αὐλῶν τὰ μέρη, γλῶττα, τρυπήματα, καὶ βόμβυκες, ὅλμοι καὶ ὑφόλμια.* cf. ib. II, 108.) est tenuis calamus, qui superiori instrumenti parti infixus, tubicini in os inseritur. cf. Aristot. de audibil. p. 802. l. 19. b. ed. Bekk. Theophrast. hist. plant. IIII, 12. pag. 469. Pro *γλῶττα* re-

ritur γλωττίς ap. Lucian. Harmonid. pag. 850. Hemst. Schol. Arist. Acharn. v. 681. quae tamen scriptura vituperatur a Phrynicho Eclog. p. 229. ed. Lobeck. Hunc vocabant romani ligulam seu lingulam a similitudine linguae infra dentes coercitae, ut ait Festus de verb. signific. cf. Plin. N. H. XVI, 36. Idem dictum refertur in Aeschinis oratione contra Ctesiph. pag. 461. Bekk. οὐ τὴν γλῶτταν ὥσπερ τῶν αὐλῶν ἐάν τις ἀφέλοι, τὸ λοιπὸν οὐδέν ἐστι.

XXVII.

Lucian. Demosth. encom. c. XV. οὐ γὰρ ὡς τὸν Αἰσχύλον ὁ Καλλισθένης ἔφη που λέγων, τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν ἐξορμῶντα, καὶ ἀναθερμαίνοντα τὴν ψυχήν, οὐχ οὕτως ὁ Δημοσθένης συνετίθει πρὸς μέθην τοὺς λόγους, ἀλλ᾽ ὕδωρ πίνων· ἦ καὶ τὸν Δημάδην παῖξαί φασιν εἰς ταύτην αὐτοῦ τὴν ὑδροποσίαν, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ὕδωρ λέγοιεν, τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν.

„Non enim ut de Aeschylo Callisthenes narrat, alicubi memorans tragoedias ab illo in vino scriptas, quo instigaret incenderetque animum, eodem modo per ebrietatem composuit orationes Demosthenes, sed aquam potans: unde etiam lusisse dicitur in hanc ipsius aquam bibendi consuetudinem Demades: alios dicere ad aquam, Demosthenem vero scribere ad aquam.“

Ad illud ipsum alludit palam Demosthenes Philipp. II. p. 67. Bekk. λέγοντας ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμί τις ἄνθρωπος. Quid sit πρὸς ὕδωρ λέγειν ad clepsydram dicere explicat Scholiast. Aristoph. Acharn. v. 701. ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἡ κλεψύδρα ἀγγεῖόν ἐστιν ἔχον μικροτάτην ὀπὴν περὶ τὸν πυθμένα, ὅπερ ἐν τῷ δικαστηρίῳ μεστὸν ὕδατος ἐτίθετο, πρὸς ὃ ἔλεγον οἱ ῥήτορες. cf. Cic. Tuscul. II,

„συνάγχην pati, eo contra Milesios loqui non quire. T „e populo unum exclamasse: non συνάγχην, quod De „sthenes pateretur, sed ἀργυράγχην esse.“ Ad aliud tempus haec refert Plutarch. Demosth. c. XXV. P quam enim memoravit Harpalum Alexandri satra Athenas fugisse, Demosthenemque initio contra eum fecisse, deinde vero munera ab eo accepisse, ita p οὐ γὰρ ἀντέσχεν ὁ Δημοσθένης, ἀλλὰ πληγεὶς ὑπ δωροδοκίας ὥσπερ παραδεδεγμένος φρουρὰν προσ ρήκει τῷ Ἁρπάλῳ· καὶ μεθ' ἡμέραν εὖ καὶ καλῶς καὶ ταινίαις κατὰ τοῦ τραχήλου καθελιξάμενος ε ἐκκλησίαν προῆλθε. καὶ κελευόντων ἀνίστασθαι κα γειν διένευεν, ὡς ἀποκεκομμένης αὐτῷ τῆς φωνῆ δ' εὐφυεῖς χλευάζοντες οὐχ ὑπὸ συνάγχης ἔφ ἀλλ' ὑπ' ἀργυράγχης εἰλῆφθαι νύκτωρ τὸν δημαγ Quod si Plutarchi narrationi fidem habemus, ho madis apophthegma Ol. CXIII, 4. enuntiatum esse mabimus. cf. pag. 34.

XI.

Plutarch. Phoc. c. XXII. πρώτου δ' Ἀθ Ἀσκληπιάδου τοῦ Ἱππάρχου τεθνάναι προσαγγεί Ἀλέξανδρον, ὁ μὲν Δημάδης ἐκέλευσε μὴ προ

πάλαι γὰρ ἂν ὅλην ὄζειν νεκροῦ τὴν οἰκουμε

„Cum Asclepiades Hipparchi filius Atheniensi mus Alexandri mortem nuntiasset, negavit ei E credendum: iampridem enim cadaveris odorem tot rarum orbem fuisse impleturum.“

Id ad Ol. CXIIII, 2. a. C. 323. referendum detur. De genit. qui verbis olendi adiungitur vid. Gramm. Gr. §. 376. cf. Apophth. XXXIII.

Idem Horatio ob oculos fuisse videtur, cum scripsit at. I, 3, 111.

Iura inventa metu iniusti fateare necesse est,
Tempora si fastosque velis evolvere mundi.
Nec natura potest iusto secernere iniquum,
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis:
Nec vincet ratio hoc, tantumdem ut peccet idemque,
Qui teneros caulis alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus sacra Divum legerit; adsit
Regula, peccatis quae poenas irroget aequas,
Ne scutica dignum horribili sectere flagello.

Cf. Lambin. a. h. l. T. II. pag. 40.

XXIIII.

Stob. LXXIIII, 56. ed. Gaisfd. Δημάδης εἶπε τὴν αἰδῶ τοῦ κάλλους ἀκρόπολιν εἶναι.

„Demades dixit pudorem pulchritudinis arcem esse.“

De scriptura αἰδῶ pro αἰδώ cf. Haase ad Xenoph. empublic. Lacedaem. II, 2.

XXV.

Plutarch. Apophth. Lacon. p. 216. c. Ἆγις ὁ νεώτερος Δημάδου λέγοντος,

ὅτι τὰ Λακωνικὰ ξίφη διὰ μικρότητα καταπίνουσιν οἱ θαυματοποιοί.

καὶ μὴν, ἔφη, οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν πολεμίων τοῖς ξίφεσιν ἐφικνοῦνται.

„Agis minor, Demade dicente, praestigiatores gladios ...icos ob parvitatem deglutire: et tamen, inquit, gla... ...cedaemonii hostem attingunt.“

... dictum reperitur in Apophth. reg. p. 191. E. ...urg. c. XVIIII. Demade autem in posteriore ... Ἆγις ὁ βασιλεὺς σκώπτοντος Ἀττικοῦ ...νικὰς μαχαίρας εἰς τὴν μικρότητα, καὶ

XV.

Plut. Phoc. init. Δημάδης ὁ ῥήτωρ, ἰσχύω ἐν ταῖς Ἀθήναις διὰ τὸ πρὸς χάριν πολιτεύεσθα κεδόνων καὶ Ἀντιπάτρου, πολλὰ δὲ γράφειν καὶ ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως ἦθος, ἔλεγε·

συγγνώμης ἄξιος εἶναι πολιτευόμενος τὰ ν τῆς πόλεως.

„Demades orator, quia Macedonum et Anti gratiam rempublicam administraret, Athenis polle multa proponere et dicere cogeretur, praeter dignitatem et morem, ignoscendum dicebat sibi ess naufragia civitatis gubernaret.“

Cf. pag. 10. Eadem reperiuntur in lib. re praec. c. VI. cf. Boeckh. *Staatshaushaltung de ner.* T. I. p. 243.

XVI.

A. Gell. Noctt. Att. XI, 10. Legationes a cum putant eos (sc. qui tacent) sua causa reticer ptus atque pecunias maximas praebent, uti in ter cia. Quo in tempore tragoedus gloriae sibi duc lentum magnum ob unam fabulam datum esse, ho quentissimus civitatis suae, Demades ei respondisse

Mirum tibi videtur, si tu loquendo talentu sisti? Ego ut tacerem, decem talenta a rege

Idem de Demosthene, quod vix credas, ref lius superiore capite: „Ipse etiam Demosthenes, Critolaus refert, non id (sc. quod Apophth. X. r est) postea concelavit, quin gloriae quoque hoc s gnavit. Nam cum interrogasset Aristodemum fabularum quantum mercedis, uti ageret, accep

XXX.

Plut. Demosth. c. XI. *ἐν δὲ ταῖς ἀπαντήσεσι ταῖς παρὰ τὸν καιρὸν ἐχρῆτο (Δημοσθένης) καὶ τῷ γελοίῳ. Δημάδου μὲν γὰρ εἰπόντος·*

Ἐμὲ Δημοσθένης, ἡ ὗς τὴν Ἀθηνᾶν.

Αὕτη, εἶπεν, ἡ Ἀθηνᾶ πρώην ἐν Κολυττῷ μοιχεύουσα ἐλήφθη.

„In respondendo subito utebatnr etiam ridiculo. Quum enim dixisset Demades: Me Demosthenem, sus Minervam: Haec, inquit, Minerva nuper in Colytto deprehensa in adulterio est."

Eadem reperiuntur in lib. reip. ger. praec. c. VII. *Δημοσθένης ἐμὲ βούλεται διορθοῦν, ἡ ὗς τὴν Ἀθηνᾶν· αὕτη μέντοι πέρυσιν ἡ Ἀθηνᾶ μοιχεύουσα ἐλήφθη.* Irridebat Demosthenes Demadem quod, quamquam impudicae vivendi rationi deditus, se tamen cum Minerva compararet, cum eam poëtae faciant virginem. cf. Erasm. Apophth. p. 290. De *Κολυττός* vid. Harpocrat. lex. s. v. Alciphr. epist. I, 39. Diog. Laert. vit. Plat. p. 165. Meib. Lucian. Timon. pag. 113. et 163. ed. Hemsterh. Ibi se quattuor et quadraginta annos habitasse dicit Aeschin. in Epist. V. ad Ctesiph. *οὐχ ἑταίρων μόνον, ἀλλὰ καὶ συγγενῶν καὶ ἐκκλησίας καὶ Κολυττοῦ, ἐν ᾧ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη ᾤκησα.* cf. Meurs. de pop. Attic. in Gronov. thes. antiq. Gr. T. IIII. pag. 733.

XXXI.

Aesop. fab. ed. Corai. 178. *Δημάδης ὁ ῥήτωρ δημηγορῶν ποτε ἐν Ἀθήναις, ἐκείνων οὐ πάνυ αὐτῷ προσεχόντων, ἐδεήθη αὐτῶν, ὅπως ἐπιτρέψωσιν αὐτῷ μῦθον εἰπεῖν. Συγχωρησάντων δὲ αὐτῶν αὐτῷ, ἀρξάμενος ἔλεγε·*

Δήμητρα καὶ χελιδὼν καὶ ἔγχελυς τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐβάδιζον. Γενομένων δὲ αὐτῶν κατά τινα ποταμόν, ἡ μὲν χελιδὼν ἔπτη, ἡ δὲ ἔγχελυς κατέδυ.

καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐσιώπησεν. Ἐρομένων δὲ αὐτῶν· Ἡ δὲ Δήμητρα τί πέπονθεν; ἔφη·

Κεχόλωται ὑμῖν, οἵτινες τὰ τῆς πόλεως ὑμῶν πράγματα ἐάσαντες μύθων ἀνέχεσθε.

„Demades orator cum aliquando Athenis orationem haberet, hos qui parum attendebant, rogavit ut se fabulam narrare permitterent. Quod cum ei concessissent, ita incepit; Ceres, hirundo et anguilla idem iter faciebant. Quae cum ad fluvium quemdam pervenissent, hirundo volavit, anguilla in aquam derepsit. Quibus dictis, tacuit. Illis interrogantibus: Cerere quid factum est? respondit: Irata vobis est qui re publica vestra neglecta fabulas audire toleratis.“

Cf. Erasm. Apophth. p. 595. Idem fere de Demosthene narratur ap. Plutarch. vit. decem oratorr. p. 848.

XXXII.

Athen. III. p. 387. Schweigh. Δημάδης ὁ ῥήτωρ ἔλεγε, τὴν μὲν Αἴγιναν εἶναι λήμην τοῦ Πειραιῶς· τὴν δὲ Σάμον απώρυγα τῆς πόλεως· ἔαρ δὲ τοῦ δήμου τοὺς ἐφήβους· τὸ δὲ τεῖχος ἐσθῆτα τῆς πόλεως· τὸν δὲ σαλπιγκτὴν κοινὸν Ἀθηναίων ἀλέκτορα.

„Demades rhetor dixit Aeginam esse Piraei gramiam, Samum vero mergum civitatis, ephebos ver populi, murum vestimentum urbis, tibicinem vero publicum Atheniensium gallum gallinaceum.“

Quod hic de Piraeo Athenaeus a Demade dictum esse narrat, id alii nonnulli Pericli tribuerunt. Plut. Pericl. c. VIII. ἔγγραφον μὲν οὖν οὐδὲν ἀπολέλοιπε, πλὴν τῶν ψηφισμάτων. ἀπομνημονεύεται δ' ὀλίγα παντάπασιν. οἷον, τὸ τὴν Αἴγιναν ὡς λήμην τοῦ Πειραιῶς ἀφελεῖν κελεῦσαι. id. Apophth. reg. p. 186. c. Περικλῆς ἐκέλευσε τοὺς Ἀθηναίους τὴν Αἴγιναν ὥσπερ λήμην ἀφαιρεῖν τοῦ Πειραιῶς. Aristot. Rhet. III, 10. καὶ Περικλῆς τὴν Αἴγιναν ἀφελεῖν ἐκέ-

...ωσε, τὴν λήμην τοῦ Πειραιέως. cf. Plut. Demosth. ... I. τὴν Αἴγιναν, ἣν τῶν Ἀττικῶν τις ἐκέλευεν ὡς λήμην ἀφαιρεῖν τοῦ Πειραιῶς. cf. Meurs. opp. T. I. p. 563. Λήμη est oculorum morbus quem Etym. M. auctor ita ...scripsit: λήμη λέγεται τὸ συνιστάμενον ἐν τῷ ὀφθαλμῷ λευκὸν ὑγρὸν, καὶ ἀμβλυώττειν παρασκευάζον. Hunc morbum vocabant Romani gramiam, (cf. Fest. de verbor. signif.) vel pituitam oculorum. (cf. Non. Marcell. de propr. serm. c. II. n. 389. Plin. H. N. XXV, 13.) Ita reperitur verbum ap. Aristoph. Nub. v. 326. ubi Socrates Strepsiadi dicit:

νῦν γέ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτάς, εἰ μὴ λημᾷς κολοκύνταις.

ad quae Schol. Νῦν αὐτὰς ὁρᾷς, εἰ μὴ λήμας ἔχεις ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μεγάλας, ὡς κολοκύντας. Λήμη δέ ἐστι τὸ πεπηγὸς δάκρυον. cf. Casaub. ad Strab. VIIII, p. 272. qui hunc Athenaei locum perfunctorie attigit.

Scriptura ἀπώρυγα quam optimi praebent codices (MS. Ven. et edd. vett. SCHW.) cur hucusque reiecta fuerit, non intelligo. Ἀπῶρυξ quod Schneid. in lexic. et Schweighaeuser. l. c. nescio qua causa ἀπώρυξ scripserunt, bis apud veteres reperitur: in versione graeca Ezech. XVII, 6. καὶ αἱ ῥίζαι αὐτῆς ὑποκάτω αὐτῆς ἦσαν, καὶ ἐγένετο εἰς ἄμπελον μεγάλην, καὶ ἐποίησεν ἀπώρυγας, καὶ ἐξέτεινε τὴν ἀναδενδράδα αὐτῆς. et ap. Geopon. V, 18. τὴν καλουμένην ἀπώρυγα κληματίδα φυτεύσομεν οὕτως· ὀρύξαντες βόθρον ποδιαῖον τὸ βάθος, ἐπικλίναντες ἀπὸ τῆς ἀμπέλου τὸ κλῆμα, οὐ κόπτοντες, ἀλλὰ κάμπτοντες, ἐντιθέαμεν εἰς τὸν βόθρον, καὶ ἐπιφέρομεν τὸν χοῦν, ἐάσαντες φανερὸν μέρος τοῦ κλήματος ὑπερέχειν τῆς γῆς, ἵνα τὸ μέντοι αὐτοῦ συνημμένον τῇ ἀμπέλῳ, ὥσπερ ἀπὸ μαστοῦ ἕλκῃ τὴν τροφήν, τὸ δὲ ἄλλο ἐντρέφηται τῇ γῇ, καὶ ῥιζοῖ ὑπὸ δύο μητέρων τιθηνούμενον. Est igitur ἀπῶρυξ sarmentum

in vitibus e trunco excitatum, quod deorsum curvatur, et in terram mergitur, ut cacumine exeat. Idem vocabant Romani mergum. cf. Colum. IIII, 15. Ita exprimere volebat Demades Samum pertinere ad Athenas ut mergum ad vitem; in quo nil praeter id quod in priore dicto inesse videtur, nisi quod in priore notio contemptus continetur.

ἔαρ τοῦ δήμου.] Id dictum Pericli ab Aristotele tribuitur Rhetor. I, 7. *Περικλῆς τὸν ἐπιτάφιον λέγων, τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι, ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰ ἐξαιρεθείη.* et III, 10. *ὥσπερ Περικλῆς ἔφη τὴν νεότητα τὴν ἀπολομένην ἐν τῷ πολέμῳ, οὕτως ἠφανίσθαι ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ εἴ τις τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξέλοι.* cf. Paul. Leopard. Emendatt. VIII, 1.

XXXIII.

Demetr. de elocut. §. 299. *Δεινὰ δὲ καὶ τὰ Δημάδεια, καίτοι ἴδιον καὶ ἄτοπον ἔχειν δοκοῦντα. ἔστι δὲ αὐτῶν ἡ δεινότης, ἔκ τε τῶν ἐμφάσεων γινομένη, καὶ ἐξ ἀλληγορικοῦ τινος παραλαμβανομένου· καὶ τρίτον ἐξ ὑπερβολῆς.* §. 300. *οἷόν ἐστι τὸ*

οὐ τέθνηκεν Ἀλέξανδρος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,
ὦζεν γὰρ ἂν ἡ οἰκουμένη τοῦ νεκροῦ.

τὸ μὲν γὰρ ὦζεν, ἀντὶ ᾐσθάνετο, ἀλληγορικὸν καὶ ὑπερβολικὸν ἅμα. τὸ δὲ τὴν οἰκουμένην αἰσθάνεσθαι ἐμφατικὸν τῆς δυνάμεως τῆς Ἀλεξάνδρου, καὶ ἅμα δέ τι ἐκπληκτικὸν ἔχει ὁ λόγος ἠθροισμένον ἐκ τῶν τριῶν· πᾶσα δὲ ἔκπληξις δεινόν, ἐπειδὴ φοβερόν. §. 301. *τοῦ δὴ αὐτοῦ εἴδους καὶ τὸ*

ὅτι τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐκ ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλ᾽ ὁ πόλεμος, τῷ Ἀλεξάνδρου δόρατι γράφων·

§. 302. *καὶ τὸ*

ἔοικε γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις ἀπολωλεκυῖα τὸν Ἀλέξανδρον τῷ Κύκλωπι τετυφλωμένῳ.

303. καὶ ἀλλαχοῦ που πάλιν· (quod aperte mutandum in πόλιν) οὐ τὴν ἐπὶ προγόνων τὴν ναύμαχον, ἀλλὰ γραῦν, σανδάλια ὑποδεδεμένην καὶ πτισάνην ῥοφῶσαν.

τὸ μὲν γὰρ γραῦν ἀλληγορικὸν ἀντὶ τοῦ ἀσθενῆ καὶ ἐξίτηλον ἤδη. καὶ ἅμα ἐμφαῖνον τὴν ἀδρανίαν αὐτῆς ὑπερβολικῶς. τὸ δὲ πτισάνην ῥοφῶσαν, ἐπεὶ ἐν κρεανομίαις τότε καὶ πανδαισίαις διάγουσαν, ἀπολλύειν τὰ στρατιωτικὰ χρήματα. §. 304. περὶ μὲν οὖν τῆς Δημαδείου δεινότητος ἀρκεῖ τοσαῦτα· καίτοι ἐχούσης τι ἐπισφαλές, καὶ οὐκ εὐμίμητον μάλα. ἔνεστι γάρ τι καὶ ποιητικὸν τῷ εἴδει. εἴγε ποιητικὸν ἡ ἀλληγορία καὶ ὑπερβολὴ καὶ ἔμφασις. ποιητικὸν δὲ μικτὸν κωμῳδίας.

„Gravia autem et Demadis dicta, etsi proprium et absonum genus habere videntur. Exoritur autem eorum gravitas ex emphasibus, dein ex allegorico quodam assumpto, et quod tertium est ex hyperbole. Cuiusmodi est illud: non mortuus est Alexander, viri Athenienses, totus enim terrarum orbis cadaver oleret: illud enim o l e r e t, positum pro s e n t i r e t allegoricum est et simul hyperbolicum; et illud t o t u m t e r r a r u m o r b e m s e n t i r e declarat emphatico modo potentiam Alexandri. et simul quiddam ad iniiciendum terrorem aptum habet ea oratio collectum ex illis tribus; quicquid autem terrorem iniicit, grave quiddam est, quia horribile. Eiusdem generis et illud: hoc plebiscitum non ego scripsi, sed bellum Alexandri hasta scribens. Et illud: similis enim est Macedonum exercitus, amisso Alexandro, Cyclopi excaecato. et illud: rempublicam non ut maiorum aetate pugnantem in navibus, sed anum sandalia indutam, et ptisanam sorbentem. Illud enim a n u m allegorice dicunt pro i n f i r m a m et i a m e v a n e s c e n t e m, et una patefaciens imbecillitatem ipsius hyperbolico modo; illud enim p t i s a n a m s o r b e n t e m, quia convivis tum et epulis tota dedita deper-

deret militarem pecuniam. De Demadea igitur gravitate haec sufficiunt, etsi illa lubricum quiddam habet, et non temere imitandum. Huic enim formae poëticum quiddam inest; siquidem poëticum est allegoria et hyperbole; poëticum autem est mixtum comoedia."

Quae hic a Demetrio tanquam Demadeae eloquentiae propria indicantur, ea ipsa mihi reperire videor in ultima sententia fragmenti orationis περὶ τῆς δωδεκαετίας. *Καί μοι τῶν πεπραγμένων ἀναμνήσθητε, ἡνίκα Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος τῷ μὲν λόγῳ παραταττόμενοι τοὺς Μακεδόνας ἐνίκων ἐν Τριβαλλοῖς, μόνον δ' οὐχ ὁρατὸν ἐπὶ τοῦ βήματος νεκρὸν τὸν Ἀλέξανδρον προέθηκαν, ἐν τῷ δήμῳ δ' ἀλείψαντες λόγοις εὐπρεπέσι Θηβαίων τοὺς παρόντας φυγάδων θυμοὺς ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐλευθερίας ἠκόνησαν, ἐμὲ δὲ στυγνὸν καὶ περίλυπον ἔφασκον εἶναι μὴ συνευδοκοῦντα.* Nec minus eadem haec in sententia quae paulo ante legitur, deprehendere licet: *κρεῖττον ἐπερχόμενον ἐκκλῖναι τὸ νέφος ἢ φερομένῳ συναπενεχθῆναι τῷ ῥεύματι.* Et his ne poeticus quidem color deest; *ὁ δὲ πρότερον ἀπείρατος ὢν πολεμίας σάλπιγγος Εὐρώτας Βοιωτοὺς ἐν τῇ Λακωνικῇ στρατοπεδεύοντας εἶχεν· ἀπέκειρε γὰρ τὴν ἀκμὴν τῆς Σπάρτης ὁ Θηβαῖος, καὶ τοὺς ὅρους τῆς Λακωνικῆς τεθειμένους τὴν ἀκμὴν τῶν νέων συνέκλεισε ταῖς τέφραις — τῷ Ἐπαμινώνδου σώματι συνέθαψε τὴν δύναμιν τῶν Θηβαίων ὁ καιρός.* Denique praeter eas quae iam antea indicatae sunt, duae allegoriae reperiuntur, quod in spatio tam brevi videtur haud parvi momenti esse, altera pag. 486. *ὥσπερ γὰρ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν νόσος τὴν ὅρασιν συγχέασα κωλύει τὰ ἐμποδὼν κείμενα θεωρεῖν, οὕτως ἄδικος παρεισδύνων λόγος εἰς τὰς τῶν δικαστῶν γνώμας οὐκ ἐᾷ δι' ὀργὴν συνορᾶν τὴν ἀλήθειαν.* altera pag. 490. *δεῖ δὲ τὸν σύμβουλον, καθάπερ τὸν ἰατρόν,*

οὐ τῆς νόσου τὴν αἰτίαν ἔχειν, ἀλλὰ τῆς θεραπείας τὴν χάριν ἀπολαμβάνειν.

Reperitur denique Demades in Schol. ad Hesiod. Theog. v. 914. ἡρπάσθαι δὲ τὴν Περσεφόνην φασίν, οἱ μὲν ἐκ Σικελίας, Βακχυλίδης δὲ ἐκ Κρήτης, Ὀρφεὺς δὲ ἐκ τῶν περὶ ὠκεανὸν τοπων, Φανόδημος δὲ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, Δημάδης δὲ ἐν νάπαις.

„Raptam esse Proserpinam dicunt alii ex Sicilia, Bacchylides e Creta, Orpheus e locis ad Oceanum iacentibus, Phanodemus ex Attica, Demades in νάπαις."

Νάπαι videntur esse locus quidam in Attica, fortasse pratum vel saltus ad Cephisum apud Eleusinem, ubi Proserpina a Plutone rapta esse dicitur. cf. Pausan. I, 37, 5. Quod hic de Demade narrat scholiastes, id ad ipsius scriptum quoddam spectare videtur, in quo fabulae mythologorum tractabantur; et haec quamquam parvi momenti inter alias una est causa cur iure a Suida historiam Deli (vid. pag. 18.) Demadi tributam esse arbitrer. Praeterea enim notum est multos eius temporis oratores famosam illam Deliacam litem studiose tractasse. Hyperidis memorat orationem Deliacam Athenaeus X. p. 52. Schw. cuius fragmentum servavit vetus Hermogenis interpres ad librum de Ideis, capite περὶ σεμνότητος. Verba illius, quoniam idem fere argumentum continere videntur, quod Demadis historia Deli, quantum quidem e titulo colligi potest, lubet hic adscribere: Διόπερ τὰς ἐν Δηλιακῷ Ὑπερείδου πόῤῥω τούτων ἑστάναι φησί. (sc. τῶν ἐννοιῶν τοῦ Πλάτωνος περὶ θεῶν.) βουλόμενος γὰρ ἐκεῖνος ἐξ ἀρχαίου δεῖξαι τοῖς Ἀθηναίοις τὰ ἐν Δήλῳ ἱερὰ προσήκοντα, πολλῷ κέχρηται τῷ μύθῳ, λέγων οὕτω· Λέγεται γὰρ τὴν Λητὼ κύουσαν τοὺς παῖδας ἐκ Διός, ἐλαύνεσθαι ὑπὸ τῆς Ἥρας κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν. ἤδη δὲ αὐτὴν βαρυνομένην καὶ ἀπο-

ῥοῦσαν, εἰς τὴν γῆν ἐλθεῖν τὴν ἡμετέραν, καὶ λῦσαι τὴν ζώνην ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ Ζωστὴρ καλεῖται. Plura vid. ap. Casaubon. ad Athen. l. X. c. 24. in animadv. in Athen. ed. Schweigh. T. V. pag. 371. cf. Plutarch. vit. decem oratorr. p. 840. E. 850. A. Harpocrat. s. vv. ἀγοράσαι, ἄνετον, ἀποικία, Ἀρτεμίσιον, προηρoσία, Ῥηναία, σύνταξις. Ruhnken. hist. cr. or. Gr. p. 70. Dinarchi quoque Δηλιακὸς λόγος memoratur ap. Dionys. Halic. de. Din. iudic. c. XI. p. 118. Similem igitur Demadis orationem exstitisse non improbabile est, cui Suidas ut est negligens et ignarus rerum falsam inscriptionem imposuit.

Hoc erat praeterea in votis ut, quod Demadis superest orationis fragmentum, diligentius quam adhuc pertractatum huic opusculo adiungerem, antea perscrutatus utrum subditicium sit necne; quod nunc, ne praeter modum crescat libellus, differre coactus, deinde suscepturus sum, si quidem iudices aequi et harum rerum periti hoc studiorum meorum specimen adsensu suo comprobaverint.

TYPIS NAUCKIANIS.